

S676.211

HARVARD UNIVERSITY



LIBRARY

OF THE

Museum of Comparative Zoölogy



NOUVEAUX MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ IMPÉRIALE

DES

NATURALISTES

DE MOSCOU.

TOME II.

LIBRARY
MUS. COMP. ZOÖLOGY,
CAMBRIDGE, MASS.

NOUVEAUX MÉMOIRES
DE LA
SOCIÉTÉ IMPÉRIALE
DES
NATURALISTES
DE MOSCOU.

DÉDIÉS

A

S. M. L'EMPEREUR NICOLAS I.

TOME II.

AVEC 25 PLANCHES.

FORMANT LE TOME VIII DE LA COLLECTION.

Moscou,

DE L'IMPRIMERIE D'AUGUSTE SEMEN,

IMPRIMEUR DE L'ACADÉMIE IMPÉRIALE MÉDICO - CHIRURGICALE.

1832.

ПЕЧАТАТЬ ПОЗВОЛЯЕТСЯ

съ тѣмъ, чтобы по отпечатаніи представлены были въ Ценсурный Комитетъ *три* экземпляра. Москва, Іюня 6 дня 1830 года.

Ценсоръ и Кавалеръ Иванъ Двигубскій.

NOUVEAUX MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ IMPÉRIALE

DES

NATURALISTES

DE MOSCOU.

TOME II.

HUITIÈME DE LA COLLECTION.

I. W. BESSER. M. D.

ADDITAMENTA ET OBSERVATIUNCULÆ IN TENTYRIAS ET OPATRA.



W. BESSER M. D.

ADDITAMENTA ET OBSERVATIUNCULÆ

IN CEL. STEVEN

TENTYRIAS ET OPATRA

COLLECTIONIS STEVENIANÆ NUNC MUSEI

Universitatis Mosquensis.

Dum Ill^mus^ Steven synopsin hanc mecum benevole communicaverit Tentyrias et Opatra Collectionis Lycei Volhyniensis a me factæ comparare mihi proposui. Inveniens jam inter 27 species Tentyriarum quas collegi 15 deesse in opusculo supra citato; non inutilem fore laborem, putavi, si harum diagnoses et succinctam descriptionem supplementi ad instar adjungam. Insimul quarundam synonymiam extendere valeo.

Tentyria Latr.

N°. 1. *T. angustata* Gebl. Hanc ab auctore de insectis Sibiriæ meritissimo teneo nomine *Akis angulatæ*.

Huic proxima est

* *T. elongata* Stev., atra, pernitida, subtilissime punctulata, elytris ovato-oblongis acutis convexis ½ latioribus thorace subquadrato. *mihi*.

Ab eodem ac præcedentem hac æstate accepi. Prior est una linea brevior et $\frac{1}{3}$ angustior. Illius thorax est lateribus rotundatus, hujus vero thoracis latera multo minus sunt arcuata. Ibi antice ipsius basi est $\frac{2}{7}$ et hujus $\frac{1}{5}$ latior. Si eas a latere contemplamur, tunc apparet adhuc differentia in arcu, quem elytra formant. Arcus hujus altitudo maxima est prope thoracem in prima, retro medium in altera.

Nota. 1. Quod attinet rationem longitudinis thoracis ad latitudinem, longitudo tunc solum major dicenda, si eam cum latitudine baseos comparamus : latitudo vero maxima semper superat longitudinem in hisce speciebus.

2. Elytra Ill^mus^ Steven *T. angustatæ* dicit acuta. Convergunt quidem eorum latera sub angulo acuto; at ipse apex est obtusus. Talis conformatio et in *T. elongata* locum habet, neque minus in reliquis.

3. *T. elongata* etiamsi præter duo puncta adhuc lunula baseos gaudeat, cornubus antrorsum directis; de his tamen sileo in definitione ex examine plurimorum Blaptium et multarum Tentyriarum convictus, hæc nullius esse momenti. En specimen T. angustatæ nostræ punctis impressis destitutum, et puncta T. elongatæ ne symmetrice quidem sunt disposita; punctum etenim dextrum propinquius lineæ mediæ magis distat a basi quam sinistrum. Conferas, rogo, adhuc observationes meas circa *T. latam, Klugii et tauricam.*

N°. 2. *T. subquadrata* Tausch. Bis hancce speciem ab amicissimo Geblero accepi. Semel cum signo interrogationis specimen majus; anno sequente vero aliud non dubium minus quæ non nisi magnitudine sat differunt : minus etenim vix æquat *T. strigosam* Gebl. dum majus paulisper est *T. mucronata* Stev. minus. — Attamen antennæ æque non quadrant

in descriptionem Ill^mi^ Steven, prouti ejus discrepat ab illa Tauscheri, uti ipse fatetur dicens pag. 6. » D. Tauscher » quamvis antennas omnino aliter describat, tamen certe » nostrum insectum . . . . » Antennarum in nostris speciminibus articulus quartus et secundus sunt æquales vix tertio $\frac{1}{3}$ breviores; quintus, sextus et septimus sunt æquales quarto; octavus nonnihil brevior et crassior; nonus et decimus fere depresso–globosi et ultimus est ovatus oblique acuminatus subrufescens sericeus. Prioris elytra versus apicem sunt obsolete sulcata.

N°. 4. *T. strigosae* nomen cl. Gebler mutare vult in *T. puncticollis*, sub quo eam jam enumerat in Catalogo novissimo (1826) collectionis suæ cl. Sturm, attamen falso adjuncto synonymo *T. subquadratae*. Specimen unum collectionis nostræ est totum nitidulum, alterum obscurius : at striolis capitis et thoracis creberrimis facile dignoscenda.

N°. 5. *T. lata*. Hanc æque a cl. Gebler possideo. In meo specimine foveolæ thoracis desunt. Magnitudine nequaquam *T. subquadratae* æquiparando. Longitudine æquat *T. angustatam* et *T. Nomadem* atque solâ *T. grossâ* est angustior. Impressio elytrorum lævis, vix sesquilineam lata.

N°. 9. *T. Eremita*. Stev. Primum in Tauria lecta fuit a discipulo quondam meo D. Nicolao Witwicki Entomophilo eximio : demum repertam copiosius prope Cherson ab indefesso adjuncto meo D. Andrzejovski; communicata fuit cum amicis nomine *T. rugulosae*, ignarus jam aliam speciem hoc nomine esse salutatam. Est eadem cum *T. incrassata* Ill^mi^ Comitis Dejean.

Sectionem primam inter et secundam intercedunt plures species margine postico thoracis bisinuato, lobo medio tamen

non producto, quorsum ex enumeratis in sectione I^ma^ ab Ill^mo^ Steven spectant *T. gibbosa, lineata, tessulata* (si eadem cum *T. rugulosa* Germ.) atque *dardana.* Seriem hanc incipio a *T. gibbosa*, cui adeo similis est *T. depressa* Fisch. a D. Zwick e Sarepta mecum communicata, ut ipse Geblerus *gibbosam depressae* sub nomine miserit. Species hæc Exc. Fischeri sic potest definiri:

* *T. depressa* Fisch. atra, nitida, elytris ovatis acuminatis, longitudinaliter excavatis raro punctulatis $\frac{3}{10}$ — $\frac{2}{7}$ latioribus thorace cum capite creberrime punctatis, antennarum articulo secundo sesquilongiore. *mihi.*

Præterea differt adhuc elytris utrinque longitudinaliter sat gibbosis et antennis gracilioribus semilinea longioribus. Putavi eam esse *T. curculionoidem*; at hæc sufficienter diversa videtur elytris ruguloso—striatis.

* * *T. thoracica* Fisch. atra, nitidula, punctulata, elytris ovatis acuminatis dorso excavatis, utrinque carinis duabus obtusis $\frac{1}{4}$ latioribus thorace longitudinaliter excavato. *mihi.*

Dubius hæreo, an specimen hoc ab Exc. Fischero proveniens e Sibiria, sufficienter sit distinctum a *T. impressa* Tausch. Descriptio elytrorum omnino quadrat; at non est *T. lata* major, nec latior: e contra *T. Eremitæ* maris magnitudinis et fœmina angustior; atque thorax est longitudinaliter impressus, margine postico bisinuato.

* * * *T. abbreviata* Gebl. atra, nitida, punctulata, supra subapplanata, elytris ovato oblongis subacutis $\frac{1}{4}$ latioribus thorace subquadrato angulis acutis, capite crebre punctato. *mihi.*

Omnium mihi notarum minima, vix 4 lineas longa, $\frac{7}{4}$ lata ex Irtysch Gub. Irkutsk, Sibiriæ orientalis ab ipso auctore benevole est mecum anno currente communicata. Thorax

antice est latissimus, 4 punctis per paria approximatis notatus et postice utrinque quidquam retusus; cæterum omnibus mihi notis supra planior.

* * * * *T. laticollis* Dej. atra nitida punctulata, elytris elliptico-oblongis medio planis subacutis $\frac{2}{9}$ latioribus thorace subrotundo, angulis obtusis, mihi.

E Corfu a Cephalonia a D. Parreiss. *T. strigosæ* et *subquadratæ* æqualis, *T. dorsali* vero brevior. Thorace latiore fors intrat sectionis I^mæ^ subdivisionem secundam; basis etenim thoracis ipsius longitudine est major. Antennis crassioribus articulis oblongis brevibus et magnitudine præter characteres in definitione memoratas, differt a præcedente; a *T. minuta* vero (ex descriptione) nitore, elytris non striato-punctatis atque colore antennarum et pedum; a *T. tenulata* facie elytrorum vix una quarta thorace latioribus, quo charactere etiam formâque illorum a *T. dardanâ*.

* * * * * *T. Klugii* mihi, atra opaca, elytris ovato-oblongis acutis rugoso-tessulatis $\frac{1}{4}$ — $\frac{2}{9}$ latioribus thorace lateribus rotundato, angulis posticis acutis reflexis, mihi.

Angulo thoracis postico et facie elytrorum videtur appropinquari *T. dardanæ* et *tessulatæ*; attamen non ejusdem sunt subdivisionis. Forma et magnitudo est *T. angustatæ*; attamen thorax est quidquam brevior, magis rotundatus et dorsum elytrorum planius. Thorax unius speciminis est supra bifoveolatus, quorum imo vestigium in altero desideratur. Antennarum articulus tertius est secundo fere duplo longior, quartus, quintus, sextus et septimus æquales sunt, et tertio $\frac{1}{3}$ breviores; octavus æquat secundum.

(Reliquas desidero).

Teneo hanc pulchram speciem sub N° 115 a cel. Klug. inter alia insecta ex Ægypto et Nubia accepta.

N° 16. *T. mucronata* Stev. cum hac ab ipso Ill^mo Steven obtenta omnino identica est *T. orbiculata* ab Ill^mo Comite Dejean e Gallia meridionali et *T. curculionoides* e Hispania a D. Ziegler adhuc A. 1816 mecum communicata. Ill^mus Comes Dejean citat ad orbiculatam suam *Pimeliam glabram* Oliv. quam cel. Latreille cum sua *T. interrupta* jungit. Attamen silet de margine postico thoracis bimucronulato; præterea thoracem semiorbiculatum undique marginatum dicit, qui in nostra est omnino orbiculatus, lateribus et postice marginatus; antice vero tantum striola pone marginem (contra verticem capitis) medio interrupta notatus.

E subdivisione I^ma sectionis III possidemus sex species, quarum nulla convenit cum illis, quæ a cel. Steven describuntur: attamen quatuor thorace transverso convenire videntur.

Nostræ (mox memoratæ quatuor) omnino alieni sunt habitus et opatra in memoriam vocant. Antennarum articulus tertius in nostris nec est reliquis æqualis uti in *T. glabra*, nec triplo longior, uti in *T. Thunbergii*, sed vix sesqui longior: nec thorax poterit stricte appellari transverse ellipticus, dum postice multo latior est in *T. subovata, Dejeanii* et *cribrosa*: medio vero latior et antice valde emarginatus in *T. brevi*: elytra thorace sunt longiora bis et dimidio in *T. subovata* et brevi et triplo in *T. Dejeanii* et *cribrosa*, illi æquilata in *T. brevi*, latiora in reliquis enumeratis, basi cum thorace angulum notabilem efformant in *T. subovata* et *Dejeanii* latera magis rectilinea paralella in *T. brevi* et *cribrosa*, omnium apice obtusa.

* *T. subovata* (Dej. ?) atra , subopaca, thoracis transversi margine postico bidenticulato elytris subovatis rugulosis.

E Sicilia ab Ill^mo Comite Dejean. Magnitudinis *Opatri verrucosi* Germ. Denticuli in margine postico thoracis quidquam magis distant a se invicem quam ab angulo externo.

* * *T. Dejeani* mihi, atra , nitida , thorace transverso angustiore elytris ovatis sublævibus.

E Sicilia quoque a D. Parreiss nomine *T. latæ* Dej. præcedente brevior et thorax quidquam angustior. Thorax unius speciminis bifoveolatus.

* * * *T. brevis* Sturm. atra subopaca thorace transverso æquilato elytris oblongis lævibus. Mihi.

E Barbaria a cl. Sturm, *T. subovatâ* parum major.

* * * * *T. cribrosa* Sturm. atra , nitidula , thoracis transversi angulis posticis acutiusculis , elytris oblongis seriatim foveolatis. Mihi.

E Barbaria a cl. Sturm. In singulo elytro septem series foveolarum , quarum tres mediæ habent fossulas majores et in media fossulæ sunt rariores. Est *Opatro sabuloso* plus duplo longior et bis et dimidio fere latior. Clypei margo in hac modice incrassatus.

Transitum in subdivisionem sequentem facilitant margine clypei minus incrassato et forma insequentium.

* *T. grossa* Dej. atra , nitidula, punctulata , thorace transverse ovali , elytris convexis ovatis subrugulosis, fere duplo angustiore et triplo breviore , sulcis clypei ante marginem evanescentibus. Mihi.

E Calabria a D. Parreiss primum nomine *T. Gigantis* Parr. obtenta, deinde *T. grossam* Dej. literis mihi mandavit. Nomen giganteæ inter species mihi notas omnino meretur;

nam elytra sola fere æquant longitudine totam *T. tauricam* et omnino marem *T. podolicæ*. Forma maxime appropinquat *T. tauricæ*. Palporum et antennarum apices fulvi.

N° 19. *T. taurica* variat *a.* striola ab occipite incipiente longitudinali $\frac{1}{4}$ ad $\frac{1}{2}$ lineæ; *b.* thorace breviore et longiore, latiore et angustiore; *c.* foveolis 2, 1 aut nullis; *d.* varia elytrorum latitudine; *e.* elytris plus minusve rugulosis et *f.* hinc versus apicem plus minusve sulcatis.

In specimine ex *Illyria T. orbiculatæ* sub nomine ab amicissimo equite de Gysselen communicato, clypei margo quidquam incrassatus est: at hæc differentia sola observata in unico specimine, non videtur magni esse momenti.

Nota 1. In hac specie differentia inter mares et fœminas in eo ponenda, quod latitudo maxima elytrorum in mare sit in medio longitudinis; in fœminis vero prope basin illorum;—subintelligitur mares esse graciliores,—præterea hisce respondet thorax angustior vel latior.

2. Monere coactus sum, etiamsi ultra 20 specimina coram habeo et inter hæc ab ipsissimo autore; in nullo tamen *thoracem elytris duplo angustiorem* observavi. In masculis thorax est $\frac{1}{4}$ a $\frac{2}{9}$ angustior; in altero sexu $\frac{1}{4}$; nam tunc et thorax est latior. — Intelligo hic, uti et alibi, latitudinem maximam thoracis et elytrorum.

Hæ duæ species sibi proximæ conformatione clypei et superficie, differunt adeo magnitudine ut vix suspicari possit eas esse varietates unius ejusdemque speciei; eo minus quidem quoniam et proportione elytrorum ad thoracem et formâ illorum differunt.

N° 20. *T. Nomas.* Dum aliquot ab hinc annis inspectio iconum D. Pallasii e Bibliotheca Steveniana mihi licuerit,

putavi nec meam *T. podolicam* nec *T. tauricam* esse distinguendas a *T. Nomade*, neque opinionem meam quoad priorem inspectione ipsius insecti multum mutavi. *T. taurica* omnino lævior, brevior, crassior, convexior et magis nitida est, ac *T. podolica.* Ill^mus Steven ipse comparans *T.* meam cum *Nomade* fatetur : « Nec præter antennas perquam breves « ullum video discrimen. »

T. podolica æque nitens reperitur ac *T. Nomas*, cujus specimen non minus rugulosum e Kislar a D. Godet possideo. Specimina mascula *T. podolicæ* quidem sæpius multo sunt minora, at fœminea adæquant alteram. Omnis itaque differentia consisteret in antennis aliquantulum longioribus prioris et in abdomine alterius sexus *T. podolicæ* nonnihil acutiore. Intuitu rationis antennarum eæ masculorum superant has ejusdem sexus *T. podolicæ* vix $\frac{1}{4}$ lineæ ; major vero differentia est inter fœmineas, quæ plus $\frac{1}{2}$ lineæ discrepant. An vero in omnibus speciminibus ? Possideo etenim specimen sibiricum *T. podolicæ*, in qua antennæ $\frac{1}{4}$ solum breviores sunt ac *T. Nomadis.*

* *T. subrugosa* Dej. e Calabria a D. Parreiss quoque ardue est distinguenda a *T. Nomade* podolica.

Obscurior est nostrâ et corporis forma æquat *T. tauricam* : at thoracis magnitudine superat utramque.

Antequam exponam differentiam hujus a duabus proxime affinibus, liceat, ut dicam, quomodo characterem secundæ subdivisionis sectionis III^iæ « *linea oculari in marginem excurrente* » intelligo. Lineam ocularem (melius fors *ruga superocularis* Latr. in ejusdem Genera Crustac. et insectorum T. II. p. 155) voco illas duas lineas supra orbitales elevatas paralellas post oculos incipientes, et plus minus ante insertio-

nem antennarum finitas, qui aut recte aut sub angulo obtuso vel obtusissimo junguntur cum sulco plus minus notabili in marginem anticum vel lateralem excurrente. In *T. taurica* et *podolica* sulci ab antica parte clypei sunt paralelli et sub angulo obtusissimo adproximant rugis superocularibus; in *T. subrugosa* vero (et *T. lævigata* mea) sulci sunt magis a latere incipientes et adeo convergentes, ut continuati in medio frontis jungerentur, cum rugis superocularibus angulum obtusum formant nec conjunguntur.

N° 22. *T. lævigata* Presl. Possideo specimen sub nomine *T.* orbiculatæ a D. Parreiss e Sicilia, quod tamen non ad amussim quadrat in descriptionem Ill^mi Steven. Latitudine et longitudine medium inter *T. podolicæ* marem et fœminam tenet. Thoracis forma non differt ab affinibus, elytrorum ambitu vero sequitur *T. podolicam.* At quod attinet puncta, nec subtilissima nec rariora dici queunt. Foveolæ adsunt in thorace.

N° 25. *T. convexa.* Huic Synonyma est *T. globosa* Fisch. e Sibiria ab ipso Exc. Fischero obtenta. Non solum apices antennarum sed et palporum et ungues picei.

* *T. dorsalis* Fisch. atra, nitida, tenuissime punctulata, thorace obcordato, convexo, elytris oblongo-ovatis dorso excavatis. Mihi.

E Tataria magna ab ipso cel. autore. Medium quasi tenet (quoad descriptionem) *T. campestrem* inter et *T. desertam;* nam superficiem et elytra habet prioris, thoracem vero secundæ. Quidquam major est *T. convexâ.*

* * *T. Reichii* mihi, atra nitidula depressa punctis capitis et thoracis orbiculari vagis, elytrorum vero oblongo-ovatorum irregulariter seriatis. Mihi.

A cl. Professore Reich nomine *T. punctatæ* teneo : sed hæc a Fabricio in Suppl. Ent. Syst. p. 45. comparatur cum *Pimelia glabra*, cujus omnino est staturæ ; hæc vero ob Synonyma adducta ex sententia cel. Steven, est a nostris diversissima et *platyscelis* Latr ; ideo suppono et *T. punctatam* Fabr. non posse esse hujus loci. Magnitudine medium tenet inter *T. dorsalem* et *podolicam* masculam. Ruga superocularis insertionem antennarum æquat, ad latus cujus adest fossula longitudinalis nec sulcus dicenda. Elytrorum striæ numero septem e serie 2—3 plici irregulari punctorum componuntur. Ungues pedum picei.

* * * *T. Gebleri* mihi, atra, subnitidula, punctata, convexa, thorace transverse ovali postice angustiore, elytris ovato-oblongis subrugulosis, clypei fossula laterali antice evanescente. Mihi.

E Sibiria *T. Sibiricæ* sub nomine ab amicissimo Geblero accepi : cum vero plures sunt species Sibiriæ indigenæ, ideo nomen mutavi. Simillima est *T. podolicæ*, longitudine æquat fœminam at est gracilis uti mas. Cæterum est minus rugulosa, loco sulcorum clypei habet tantum fossulas ante marginem evanescentes et articulus tertius antennarum est ob secundum quidquam longiorem tantum duplo hocce longior ; atque thorax est lateribus minus æqualiter rotundatus.

Sed et hisce series notarum Tentyriarum nondum est exhausta. Præter in præfatione a cl. Steven. recensitas mihi nomine saltem innotuere :

A. E catalogo Dejeaniano: *T. substriata* Dej. e Lusitania ; *T. glabrata* Illig. e Hispania; *T. punctipennis* Dej. ex Ægypto; *T. quadricollis* Dej. e Græcia; *T. scabripennis* Dej. ex Oriente; *T. grandicollis* Dej. e Sicilia ?

B. E Catalogo Dahliano: *T. brevicollis* Meg. *T. punctata* Dahl. *T. rugulosa* Meg. *T. subcarinata* Meg. *T. substriata* Meg. *T. lævigata* Latr. (Patria non est indicata).

C. E Catalogo cl. Sturmii A. 1826: *T. gracilis* et *punctato-striata* Sturm, ex Ægypto ; *T. lævigata* et *quadrata* Sturm e Sibiria et *subconvexa* Strum, e Gallia meridionali.

Nec tamen sperandum omnes hic enumeratas species esse quoque distinctas et diversas a prioribus.

Opatrum. Fabr.

Non consentio cum Ill^mo Steven, eum in describendis Opatris semel *lineas* (Fabr. Philos. entom. p. 33) appellare strias elevatas et alio loco costas, restituta tunc significatione striarum; hæcce etenim mutatio reddit descriptiones difficiles intellectu, imo ambiguas.

* *O. perlatum.* Dej. Germ. spec. coleopt. n° 240. p. 144. spectat ad primam subdivisionem Sectionis I^mæ ob tres costas magis elevatas.

1. In *O. verrucoso* costæ tres crassiores obtusæ alternant cum tribus angustis acutis. Antennæ rufæ. Huic valde affine :

* *O. granigerum* Koll., *) Differt a præcedente magnitudine majore, antennis apice solum rufis, thorace magis rotundato et costis alternis s. interstitiis vix quidquam elevatis, tuberculisque magis regulariter distantibus. Specimina quæ ex insulis Cephalonia et Corfu a D. Parreiss possideo, non sunt luto tecta.

---

*) *Nota.* Definitiones nullas hic subjungo, nam numerus specierum a nobis observatus vix $\frac{1}{3}$ specierum notarum (scilicet si omnes enumeratae sunt distinctae) aequat. Dein distinctio specierum et variabilitate majore, et integumento lutoso et frequente detersione strigarum redditur difficillima. Inutilitatis tali in casu definitionum exemplum praebet illa *O. strigati* l. c. p. 15.

Hujus adhuc sectionis est:

* * *O. gibbum* Parr. ex iisdem regionibus ab eodem. Medium quasi est *granigerum* inter et *sabulosum;* piceum, latius, antennarum articulis ultimis rufis, seriebus granulorum magis distantibus, costisque fortioribus.

3. *O. triste* est *O. sabuloso* majus atque *O. dardani* thorax et elytra simul vix elytra hujus (O. tritis) adæquant. Non est omnino nudum; sub lente in speciminibus a luto liberatis strigæ adpressæ adsunt. Olim ab Ill^mo^ Steven nomine *O. politi* accepi. Odessæ legit D. Bertholdi.

12. *O. pusillum.*

Fabricius distinguit *O. arenarium* et *pusillum.* Prius antea in Promontorio bonæ spei, modo (in Systemate Eleutherat.) in Germania habitare dicit; unde D. Illiger putat illum modo intelligere *O. pusillum* sub arenario. Clar. Sturm ad *pusillum* suum citat *O. arenarium* Faunæ Germaniæ cl. Panzeri et hicce in Indice entomologico P. 1. p. 27. Sturmium, etiamsi specimen *O. pusilli* a hocce obtentum nequaquam quadret in iconem Faunæ Germaniæ. Descriptio cl. Duftschmid est optima et secundum hanc possideo verum *O. pusillum* ex Austria a nob. Equite de Gysselen, e Germania ab ipsissimo cl. Sturmio, e Podolia australi a D. Andrzejovskio, ex Odessa a D. Bertholdi et e Tauria ab Ill^mo^ Steven et D. Godet.

Attamen monere debeo pedes mox esse piceos totos (in speciminibus germanicis, podolicis, odessanis et tauricis a D. Godet) mox tantum tarsos (in speciminibus austriacis et odessanis) atque aliorum nigros totos (in speciminibus austriacis a D. Ullrich et podolicis). Neque character ab Ill^mo^ Steven observatus costam tertiam esse elevatiorem in omnibus

speciminibus adest, uti in specimine a cl. Sturm apparet. Magnitudo non minus variat.

Ab his iterum recedunt alia odessana et taurica.

β. O. pusillum nitidulum atrum, nitidum, luto tenaci plus minusve tectum, antennarum basi et tarsis rufo-piceis. Cæterum ab *O. pusillo* non discrepat, neque specie est distinguendum ob specimina hungarica a D. Lang et alia a D. Parreiss medium inter utraque tenentia.

* *O. substriatum* Sturm (*lucens* Dahl.) Magnitudine majore (medium quasi inter *pusillum* et *sabulosum*), nitore majore quam *O. pusilli*, minore tamen quam varietatis mox descriptæ, costis alternis, incipiendo a costa suturæ adjacente, elevatioribus et antennis rufis differt ab *O. pusillo*. Tarsi picei. Ex Austria superiori a D. Ullrich et nomine *O. Linariæ* Koll. e Dalmatia et ex insula Cephalonia atque Corfu a D. Parreiss teneo. Prius pro *pygmæo* dubie habuit.

N. 5. *O. strigatum* nostrum e copia Musæi Reg. Berol. a Cl. Professore Reich quadrat quidem quoad elytra et antennas bene in *O. strigatum* Ill^mi Steven: at in nostro tibiæ anticæ externe sunt dilatatæ denticulatæ, denticulis 7—8, apice truncatæ. Cæterum est supra piceum, subtus nigrum, antennis pedibusque pallide piceis, strigis flavescentibus adpressis undique hispidulum, luto griseo hinc inde tectum. Clypeus est ter emarginatus. Caput et thorax scabri. Magnitudinis vix *O. pusilli*.

* *O. tuberculatum* Ziegl. Omnino sectionis *O. strigati* et etsi diversissimum, definitione tamen illius non excluditur. Vix *O. strigato* majus, piceum luto? ochraceo tenuissime tectum. Caput obsolete granulatum utrinque duobus tuberculis, quorum superius supra oculis, inferius pone insertionem

antennarum. Clypeus medio emarginatus, ante insertionem antennarum plica transversa e duobus cruribus sub angulo obtusissimo superne coëuntibus, et inter tubercula superiora alia semilunaris fere dimidio brevior. Thorax granulatus obcordatus, antice profunde excisus, inæqualiter pulvinatus, margine capiti contiguo incrassato, laterum depresso, angustó, in medio linea postice bifida, cruribus patulis notatus, in spatiolo hoc sublævis. Elytrorum costæ acutæ angustissimæ, alternæ minus elevatæ, intervallis punctato-clathratis more *Lyci Auroræ*. Tibiæ anticæ dilatatæ triangulares, parum longiores quam latæ, marginibus lateralibus integris parum concavis, apicis margo rectilineus crenulatus: reliquæ subtriquetræ hispidulæ, apice extus in dentem sat acutum productæ, interne bispinæ. Anne O. ferrugineum Fab. Syst. Eleuth. 1. p. 118. N° 19?

N° 11. *O. villosum* Ziegl. Et ego accepi hanc speciem a D. Ziegler adhuc A. 1815 quam tunc *O. villosum* Sturmii Trachyscelim rufum Latr. esse putavit.

O. crenatum ex insula Franciæ ab Ill^mo Com. Dejean non differt ab *O. villoso* nisi antennis profundius coloratis et thoracis margine postico magis bisinuato, ob lobum medium magis productum. Huic (O. villoso) proximum est.

* *O. fuscum* ab eodem e Gallia meridionali A. 1826 et a D. Parreiss e Ragusa titulo *O. fusci* Herbst obtentum. In nostris speciminibus clypeus est more aliorum profunde emarginatus: ideo dubito ex observatione Ill^mi Steven p. 19. nostrum esse Herbstii speciem. Differt vero ab *O. villoso* superficie elytrorum nitidula et tibiis anticis apice extus unidentatis. Antennæ sunt profunde piceæ, articulis primo, secundo et ultimo

pallidis. Cæterum ab *O. villoso* nec superficie, nec vestitu nec magnitudine est distinguendum.

* * *O. ferrugineum* Esch. (non Fabr.) e Manilla insulæ Luçon quoque multum est affine *O. villoso.* Longitudine æquat marem *O. verrucosi*, latitudine vero specimina media *O. sabulosi*; vestitum est strigis adpressis et luto ferrugineis. Antennarum nigrarum articulus primus basi, secundus totus, tertius apice et sextus sunt rufi (reliqui desunt). Cæterum forma et superficies *O. villosi.*

* * * *O. sericatum* Esch. (non confundendum cum *O. sericeo* Web.) ab ipsissimo cel. Perigrinature ex insulis maris pacifici adhuc ad affines *O. villosi* species spectat; at præprimis thorace multum breviore (est etenim plus duplo latior quam longus, dum alterius latitudo vix ultra $\frac{1}{3}$ superat longitudinem) et antice angustiore—hinc capite magis prominulo—est distinguendum. Magnitudinis speciminum majorum *O. pusilli*, sine integumento lutoso, strigis flavescentibus adpressis supra vestitum, nigricans, antennis tibiis et tarsis piceis s. rufescentibus. Superficies cæterum O. villosi. Thorax antice minus excisus. Tibiæ anticæ extus infra apicem renidentatæ.

* *O. pesthiense* Frivaldsky, *O. arenarium* Lang (non Fabr.) possidemus ab ambobus autoribus. Est magnitudine intermedium inter minima specimina *O. pusilli* et majora *O. tibialis.* Superficie tota superiore, antennis pedibusque piceis atque thorace antice dilatato videtur sufficienter distinctum ab *O. pygmæo.* Superne est hispidulum strigis brevibus flavicantibus adpressis et luto tenui cinereo-fusco tectum. Costæ sunt æquales parum elevatæ, striæ punctatæ. Tibiæ anticæ extus apice in dentem productæ. Charkoviæ legit cl. Krynicki Universitatis Adjunctus.

Præter species in calce Synopseos Illmi STEVEN enumeratas, occurrunt adhuc aliæ in Catalogis D. DAHL. et cl. STURM, quæ hic enumerare mihi liceat. In priori: *O. argilaceum breve, dentatum, elevatum et viaticum* MEG.

Omnia Europæa esse ex indole catalogi patet. In altero: *O. ægyptiacum et cinereum* STURM ex Ægypto; *O. angustatum* STURM e Promontorio bonæ spei, *assimile* STURM e Lusitania, *latum* STURM et *minutum?* e Cayenna, *nigrum* STURM e Germania, et *rotundicolle* STURM ex insula Java.

Ad Phylanes est religendum *O. marginatum* e Mus. Reg. Berol. mecum a cl. Prof. REICH communicatum.



NOTICE

SUR LES COLÉOPTÈRES

QUI SE TROUVENT

DANS LE DISTRICT DES MINES DE NERTCHINSK,

DANS LA SIBÉRIE ORIENTALE,

avec la description de quelques espèces nouvelles;

PAR LE DR. GEBLER.



NOTICE
SUR LES COLÉOPTÈRES
QUI SE TROUVENT
DANS LE DISTRICT DES MINES DE NERTCHINSK,
DANS LA SIBÉRIE ORIENTALE,
avec la description de quelques espèces nouvelles.

La région dont je veux faire connaître ici les Coléoptères, est la Sibérie Trans-Baïkale, ou plutôt le district des mines de Nertchinsk, attendu que l'on rencontre fort peu de ces insectes auprès du Baïkal même, et point du tout dans la steppe des Burates, sur les rives de la Sélenga. Cette région qui, en trésors naturels, m'a paru être l'une des plus riches de tout l'Empire de Russie, ou au moins de la Sibérie, attend encore le naturaliste aux yeux duquel elle puisse déployer toute sa magnificence. Combien l'immortel Pallas, qui pourtant n'y a séjourné que quelques mois, n'y a-t-il pas découvert de trésors naturels! plusieurs espèces nouvelles de mammifères, un nombre plus considérable encore d'oiseaux, de poissons et d'autres animaux, outre une foule de curiosités botaniques et d'observations géognostiques intéressantes, furent les fruits qu'il récolta dans ce rapide voyage. Avant

et depuis lui, le peu de collections qu'on y a rassemblées, ont été dirigées sans intelligence; mais à quelles découvertes n'a-t-on pas droit de s'attendre, si l'on y apportait le zèle d'un naturaliste instruit dont les explorations deviendraient le tribut offert par ses profondes connaissances.

Il est probable que le tems n'est pas éloigné, où un Gouvernement généreux, et protecteur des entreprises pour hâter les progrès des sciences naturelles, dirigera sur cette *terre inconnue* des expéditions pour explorer les trésors qu'y attend la physique et les diverses sciences qui s'y rattachent; terre merveilleuse où les oiseaux, en automne, migrent vers la Chine, dont les poissons remontent l'Océan pacifique, dont les plantes arrêtent le regard étonné du botaniste, et dont enfin les montagnes, sous des formes géognostiques remarquables et particulières, contiennent de rares minéraux et les cristaux les plus magnifiques.

A l'exception des Coléoptères que découvrit dans cette région, Pallas, au milieu des occupations vastes et multipliées qui l'arrêtèrent pendant quelques instans, et du petit nombre des découvertes qui furent faites par Laxmann, nous n'avons obtenu pendant longtems aucunes notions nouvelles. Ce n'est que depuis environ dix ans que feu le Directeur des mines Aïstoff, et le médecin principal Vladisimirsky, et, en ce qui concerne les espèces que nous rapporterons ci-après, le Directeur des mines Bournascheff et le géomètre Koulibine, auxquels j'en témoigne ici avec plaisir et publiquement toute ma reconnaissance, m'ont mis à même de connaître un nombre assez considérable d'espèces, dont quelques unes, et en particulier les Adéphages, ont été décrites déjà et dessinées par l'auteur de l'entomographie de la Russie.

La position même de ce district, à-peu-près entre les 48° 52° de lat. sept. et par les 130—139 long. fait préjuger la découverte d'insectes infiniment intéressans. Si cependant le nombre n'en est pas aussi considérable qu'on a lieu de s'y attendre, on peut l'attribuer aux causes suivantes:

1. L'influence générale, d'après laquelle les variations dans les productions naturelles dépendent plus de la latitude que de la longitude d'un lieu.

2. Les fortes gelées de l'hyver, si nuisibles au développement d'un grand nombre d'insectes, et qui dans cette région sont d'autant plus influentes, que, dans la plus grande partie du district des mines de Nertchinsk, la neige qui recouvre le sol est peu épaisse; de façon que la gelée y pénètre beaucoup plus profondément la terre, que dans le reste de la Sibérie méridionale.

3. L'embrasement des plaines ouvertes et herbues, qui, dans toute la Sibérie, se pratique annuellement au printems, pour favoriser la nouvelle végétation.

4. Le givre et les gelées blanches qui, assez souvent et même au cœur de l'été, surviennent et, en détériorant les graminées, s'opposent en même tems à la multiplication des espèces délicates des insectes.

D'un autre côté, comme il tombe peu de neige dans cette région, elle se trouve rarement, en été, exposée à souffrir ces grandes inondations qui, dans d'autres contrées de la Sibérie, diminue le nombre des insectes et en arrête la multiplication.

En présentant ici la liste des Coléoptères que j'ai obtenus, pendant le cours de plusieurs années, du district de Nertchinsk, mon seul désir est de faire naître l'envie de continuer, dans cette région, les recherches des objets rares en fait de Coléoptères, et en même tems de mettre le lecteur à même de s'en former au moins une idée générale. Si de simples amateurs de l'une des branches de la vaste science de la nature ont pu rassembler tant d'objets intéressants, à quoi ne devra-t-on pas s'attendre, quand des travaux plus effectifs auront été entrepris par des hommes scientifiques qui se verront protégés et secondés dans leurs investigations.

Le nombre des coléoptères que nous allons rapporter, ne doit donc pas être considéré comme le total des insectes qui s'y rencontrent réellement, et qui ne pourra être obtenu que par des naturalistes qui auront continué leurs recherches pendant une longue suite d'années. Néanmoins il me semble que cette notice est suffisante pour qu'on se forme au moins une idée sommaire. C'est par cette raison que j'ai cru devoir distinguer les espèces qui sont particulières à cette région et à la Sibérie orientale, de celles qui se rencontrent également au sud-ouest de la Sibérie, et enfin de celles qu'elle partage avec l'Europe.

	DAOURIE.	SIBÉRIE.	EUROPE.
Pentamères.			
Adéphages.			
Terrestres.			
Cicindèles.	—	1	5
Carabes.	17	6	5
Aquatiques.			
Brachyptères.	1	—	1
Serricornes.			
Sternoxes.	3	5	16
Malacodermes.	5	2	3
Clavicornes.	2	2	13
Lamellicornes.	6	4	12
	36	20	67
Hétéromères.			
Melasomes.	6	—	4
Taxicornes.	—	—	1
Sténélytres.	—	2	5
Trachélides.	3	7	1
	9	9	11
Tétramères.			
Curculionites.	6	10	13
Platysomes.	—	—	1
Longicornes.	7	9	29
Eupodes.	—	—	3
Cycliques.	7	9	24
Clavipalpes.	1	—	—
	21	28	70
Trimères.	1	—	11
Total	67	57	159
Total général	283.	—	—

Il résulterait que la moitié des espèces de coléoptères qui s'y trouvent, seraient communes à l'Europe; ou bien que sur 20 espèces il y en aurait environ 5 Orientales-sibériennes, 4 Sibériennes, et 11 Européennes. Cependant ces rapports seront loin d'être les mêmes, si l'on a égard aux genres et aux familles. C'est ainsi que la Daourie se fait remarquer plus particulièrement par une grande quantité de rares carabiques, surtout de la famille des carabes. Sur 13 espèces, il n'y en a que 2 qui se trouvent également en Europe; mais ce qui paraîtra plus étonnant encore, c'est qu'à l'exception de ces deux espèces, toutes les autres, pour la plus part très belles, ne se rencontrent pas dans le district des mines de Kolyvan, pourtant très riche en insectes de ce genre. Le district de Nertchinsk possède en outre plusieurs espèces rares de Malacodermes; mais je ne chercherai point à décider s'il est réellement aussi pauvre qu'il paraît l'être, en Saprophages, ou bien si ce manque ne doit être attribué qu'au peu de succès dans les recherches. Parmi les Hétéromères, environ les deux tiers sont Sibériens, et presqu'un tiers est particulier à la Daourie; 3 Tentyrites et 2 Blaps. De même que dans le district de Kolyvan, l'on y trouve, parmi les Curculionites, plusieurs espèces rares et très belles de Cléones, cependant avec cette différence que plusieurs espèces de la subdivision des Bothynodères qui se présentent à Kolyvan, n'existent pas à Nertchinsk. L'on y a au contraire très peu d'espèces rares de Clavicornes, et encore moins de Trimères. Parmi les Longicornes, l'on remarque particulièrement les espèces: Dorcadion et Pachyta, et parmi les Cycliques, les Cryptocéphales, et le genre Paropsis, de la Nouvelle-Hollande (Notoclea) présentent ici deux espèces magnifiques.

Il est également important de remarquer, que quelques espèces Européennes de Coléoptères, qui jusqu'à ce jour n'avaient point été trouvées dans la Sibérie méridionale, se rencontrent ici : p. e. *Scotodes annulatus*, *Pachyta lamed* *Chrysomela ænea*, etc. Ce qui paraît surtout étonnant, c'est que jusqu'à ce jour l'on n'eut point découvert une espèce nouvelle de Coléoptères, et que l'on n'y eut pas même rencontré les genres de la Sibérie méridionale : Corsyra, Pedilus, Protenomus, Rhæbus.

Dans l'Entomographie de la Russie, et dans les *icones insectorum* de Pallas, se trouvent décrites plusieurs espèces de coléoptères que je n'ai point rencontrés, et que par conséquent je n'ai point compris dans ma liste ; et nommément dans l'*Entomographie*.

1. Sphodrus dauricus.
2. Carabus Spasskianus.
3. Hister distans.
4. Cleonis tricarinata.
5. Donacia macrocnemis.

Dans les *Iconibus*.

1. Scarabæus Mopsus, selon Schönherr, (Synomia insectorum) Gymnopleurrus pillularius.
2. Scarabæus tenebrioïdes.
3. Curculio Vibex.
4. Curculio fenestratus, qui me paraît être le *Cleonis* foveolata de Fischer.
5. Tenebrio leucographus.
6. Buprestis oxyptera, selon Schönherr, B. ænea.
7. Buprestis orichalcea.

8. Meloë splendidula, peut être une variété du Mylabris Frolovii m. et la variété rapportée par Pallas est très vraisemblablement la même que le M. confluens de Fischer.
9. Meloë solonica; peut être une variété du Mylabris Tauscheri Esch.
10. Meloë Caraganæ, Lytta vesicatoria de Schoenherr; très vraisemblablement le même que le L. Pallasii m.
11. Meloë punctata.
12. Meloë ambusta; vraisemblablement Lytta megalocephala Böb.

Je doute très fort que l'on rencontre en Sibérie la *Saperda fasciata* Fabr.

Il me reste à faire observer que dans les descriptions que je me propose de faire, si une espèce se trouve précédée d'une *, ce signe indique que cette espèce a été déjà communiquée par moi dans ma description des Coléoptères du district de Kolyvan Voskressensky, qui vraisemblablement se trouve déjà imprimée, pour être jointe à la description du voyage de M. le Cons. d'État et Ch. de Lédébour, au mont Altaï. Le nombre qui se trouve à la suite de la description est celui des exemplaires que j'avais à ma disposition pendant mon travail.

COLEOPTERA DAURICA

PENTAMERA.

Adephagi.

TERRESTRES ;

Cicindela.

1 , angustata Fisch.

Entomographia russica, II. pag. 5. Tab. XXXIX. fig. 12.

Subcylindrica , nigro-cenea , elytris maculis 2 marginalibus albis.

A C. germanica differt statura magis elongata, macula humerali elytrorum deficiente , apicali brevi lunulari. C. gracili nimis affinis ; diversa sola macula postica ferruginea deficiente , quæ in illa maxime variat magnitudine.

2 , campestris.

3 , gracilis.

4 , hybrida.

5 , sylvatica.

6 , tricolor.

Entom. russ. I. pag. 6. Tab. I. fig. 3.

Lebia.

1 , Crux minor.

Harpalus.

1 , erosus m.

Hummel , Essais entomologiques IV. p. 26.

Supra viridis aut nigro-violaceus , thorace subquadrato, postice angustiore , elytris apice valde excisis , profunde striatis, interstitiis subtilissime transversim strigosis.

Calathus.

Species dubia.

Sphodrus.

1, Tilesii.

Entom. russ. II. p. 108. Tab. XXXVI. fig. 4.

Germar, Species insectorum. I. pag. 12.

Amara.

1, aurichalcea, m.

Germar l. c. p. 10.

Thorace transverso, basi coarctato, utrinque biimpresso punctato, ænea, antennis pedibusque rufis, elytris punctato-striatis.

2, Fodinæ Esch.

Hummel l. c. IV. p. 20.

Supra nigro-ænea, nitida, subtus fusco-picea, ore, antennis pedibusque rufis; thorace convexo, antice haud emarginato.

3, fulva.

4, trivialis.

et species dubia.

Poecilus.

1, Gebleri Esch.

Eschscholtz in lit.

Niger, linearis, thorace postice utrinque bistriato et transversim impresso, elytris striatis, striis subtilissime punctulatis, margine violaceo.

Long. 7—7½ lin, lat. 2½— 3 lin. Niger, nitidus.

Caput vage punctulatum, inter antennas utrinque impressum, vertice lævi, oculis albidis. Antennæ thorace longiores, tenues. Thorax antice emarginatus, angulis deflexis, lateribus

ante medium parum dilatatus, anguste marginatus; postice truncatus, angulis rectis; supra parum convexus, subtilissime transversim strigulosus, medio canaliculatus, ad basem utrinque striolis 2 profundis, impunctatis et tertia transversa, lata, medio obsoleta, impressis. Stria marginalis altera brevior. Scutellum triangulare, læve. Elytra thorace parum latiora et plus $2\frac{1}{2}$ longiora, lateribus vix dilatata, apice sinuato-attenuata, supra subconvexa, profunde striata, striis subtilissime et dense punctulatis; tertia foveolis 3, penultima numerosis impressis, interstitiis lævibus. Elytra feminæ subopaca. Corpus subtus nigrum, nitidissimum, thorace lævi, pectore profundius, abdomine subtiliter punctatis. Pedes læves, tibiis tarsisque rufo-ciliatis. ♃.

Affinis P. lepidi varietati nigræ; major vero, magis linearis, thorace postice impunctato, transversim impresso. Elytra P. viatici profundius punctata.

2, lepidus cum var:

3, reflexicollis m.

Cupreo-æneus, antennis basi rufis, et thorace postice striguloso, latiore et utrinque bistriato, margine reflexo, postice latiore, elytris punctato-striatis.

Long. 5 lin., lat. 2 lin. Caput et thorax cupreo-aurei, nitidissimi, elytra nitida, margine viridi.

Caput subtiliter strigulosum, inter antennas utrinque impressum, oculis albidis, labro mandibulisque piceis. Antennæ thorace longiores, tenues, articulis subcylindricis, 3 primis ferrugineis. Thorax apice subemarginatus, angulis depressis, lateribus rotundatus, postice truncatus, angulis obtusulis, supra subtilissime postice evidentius transversim strigulosus, medio canaliculatus, ad basem utrinque anguste bistriatus,

stria interiore majore ; margine, præsertim postice, late reflexo. Scutellum triangulare, læve, nitidum. Elytra thorace basi parum latiora et $2\frac{1}{2}$ longiora, ultra medium dilatata, postice sinuato-attenuata ; supra parum convexa, striata, striis evidenter punctatis, penultima foveolis impressis, costis subelevatis, hinc inde transversim rugulosis, tertia punctis 3 majoribus impressis. Corpus subtus nigro-virescens, nitidum, pectore abdomineque profunde punctatis, hoc lateribus ruguloso. Pedes graciles, nigri, nitidi.

Affinis P. cupreo ; at differt thorace longiore, impunctato, margine magis reflexo, striolis angustis ; elytris evidentius punctatis etc.

Molops.

1, dauricus m.

Niger, thorace cordato, antice transversim, ad basem longitudinaliter rugulosa et utrinque bistriato ; elytris striatis, interstitiis leviter transversim impressis.

Long. 6 lin. ; lat. $2\frac{1}{2}$ lin. Niger, nitidus ; statura M. elati, at minus convexus.

Caput magnum, læve, inter antennas utrinque leviter impressum, oculis albidis, palpis piceis. Antennæ thoracem non superantes, crassiusculæ. Thorax antice profunde emarginatus, angulis obtusis, lateribus ante medium valde dilatatus, postice angustatus, angulis rectis ; supra convexus, transversim rugulosus, medio canaliculatus, margine anguste reflexus, postice depressus, longitudinaliter rugulosus, utrinque fovea magna, bistriata. Scutellum triangulare, læve. Elytra thorace latiora et plus duplo longiora, ovata, margine reflexa, ad apicem sinuata ; supra modice convexa, profunde striata, stria marginali foveolata, interstitiis impressionibus

transversis subinæqualibus, tertia foveolis 3 impressis. Thorax subtus rugulosus, abdomen punctulatum; pedes femoribus crassis, tarsis nigro-piceis, spinis rufis. 1.

Platysma.

1, nigrum.

et varietas, elytrorum costis minus convexis cæterum simillima.

Omaseus.

1, Magus Esch. var?

Antennis pedibusque piceis.

Hummel l. c. IV. p. 23.

Pterostichus.

1, confluens Fisch. (Poecilus).

irregularis m. in lit.

Entom. russ. II. pag. 136.

Ater, elytris badiis, costis elevatis, irregulariter confluentibus.

2, oblongopunctatus.

3, rugosus m.

Entom. russ. II. pag. 135. Tab. XXIX. fig. 8.

Poecilus rugosus.

Mémoires de la Société imp. des naturalistes de Moscou. Vol. VI. pag. 127.

Obs. Anus P. confluentis et rugosi, æque ac P. Drescheri, late transversim impressus.

Agonum.

1, impressum.

2, inauratum Esch.

Hummel l. c. IV. p. 22.

Obscure viridi-æneum, corpore subtus antennisque nigris, pedibus piceis; thorace suborbiculato, antice truncato.

3, micans Germ.

4, sex punctatum.

Chlaenius.

1, pallipes m.

Mémoires de Moscou. VI. pag. 128.

Dejean l. c. II. p. 348.

Loricera.

1, pilicornis var?

Fusco-ænea, parum nitida; cæterum simillima. 1.

Carabus.

1, Billbergi Mann.

Hummel l. c. VI. pag. 25.

2, canaliculatus.

Mém. de Moscou. III. pag. 168.

3, clathratus.

4, conciliator Fisch.

Entom. russ. I. pag. 102. Tab. X. fig. 25.

5, glyptopterus Fisch.

Fischer in lit.

Niger, capite maximo, thorace quadrato, margine late reflexo; elytris convexis, tuberculis deplanatis, subtriangularibus rugisque transversis intricatis. 1.

6, granulatus.

7, Hummelii Fisch.

Entom. russ. II. pag. 69. Tab. XXXV. fig. 8.

C. Burnaschevii. Dejean l. c. II. pag. 57 et 483.

Variat pedibus rufis.

8, Kruberi.
Entom. russ. I. pag. 28. Tab. IV. fig. 9.
Dejean l. c. II. pag. 60.
Variat taberculis plus minusve elevatis.
9, Mac-Leayi.
Dejean l. c. II. pag. 185.
10, Mæander.
Entom. russ. I. pag. 103. Tab. X. fig. 26.
Variat costis plus minusve elevatis, undulatis vel interruptis.
11, Mannerheimii.
Dejean l. c. II. pag. 52.
Entom. russ. I. pag. 29. Tab. IV. fig. 10.
C. Latreillei.
12, smaragdinus.
Entom. russ. II. pag. 103. Tab. XXXV. fig. 5.
Dejean l. c. II. pag. 187.
13, Vietinghofii.
Entom. russ. I. pag. 98. Tab. IX. fig. 19.
Dejean l. c. II. pag. 61.
Nebria.
1, Gyllenhalli.
Elaphrus.
1, cupreus.
et var. impressionibus viridi-æneis.
2, riparius.
Peryphus.
species.
AQUATICI.
Dytiscus.
1, dauricus m.

Subtus luteo nigroque varius, supra olivaceus, thorace antice profunde emarginato, postice subtruncato, limbo elytrisque margine luteis.

Long. 13 lin.; lat. 7 lin.

Mas differt a femina punctura subtiliore, tarsis anticis patellatis. — Valde affinis D. circumcincto; diversus vero videtur linea semicirculari capitis lutea, thoracis angulis anticis magis, posticis minus productis et colore pectoris abdominisque. 3.

Possideo specimen Dytisci, e Dauria missi, huic simillimi; at elytris postice angustioribus, ad apicem dextro sensim, sinistro abrupte sinuatis, apice acuminatis; forsan monstrositas D. Daurici.

2, cinereus.

Colymbetes.

1, fenestratus.

2, lateralis m.

Oblongo ovalis, luteus, supra subtilissime alutaceus, thorace macula apicali elytrisque nigro-æneis, his margine late luteo.

Long. 4 lin; lat. 2 lin. Æneo-nitidus.

Caput transversum, antice arcuatum, inter oculos utrinque late impressum, macula verticis obsoleta, nigrescenti ænea; oculis nigris, margine albo. Antennæ thoracem parum superantes. Thorax antice angustior, late emarginatus, lateribus obliquis, vix dilatatis, postice arcuatus; supra parum convexus, macula magna obsoleta, hemisphærica, nigra in medio apicis. Scutellum triangulare, basi nigricans, apice luteum. Elytra thorace 5plo longiora, oblongo-ovata, postice attenuata; supra convexa, postice declivia, triplici serie punctorum impressorum, margine luteo, postice stria nigra. Corpus subtus tenue strigulosum. 1.

Brachyptera.

Staphylinus.

1, chrysopterus m.

Thorace vage punctato, antice truncato, niger, capite, elytris pedibusque ferrugineis, aureo pubescentibus.

Long. 6—7 lin; lat. 2—2¼ lin. Parum nitidus, capite, elytris, pectore, pedibus, abdominis segmentorum, basi apiceque pube fulva, nitida, tectis. Statura St. erythropteri.

Caput orbiculatum, postice truncatum, confertissime punctulatum, planum, mandibulis apice nigris, oculis glaucis. Antennarum structura exacte, ac in St. erythroptero. Collum angustatum, ferrugineum. Thorax capite brevior et angustior, antice latior et lateribus deflexus, postice rotundatus; supra modice convexus, confertissime punctatus, nigro æneus, linea longitudinali lævi in medio basis. Scutellum triangulare, tomentosum. Elytra thorace latiora, nec longiora, apice oblique introrsum truncata; supra depressa, confertissime punctulata, dense pubescentia. Abdomen supra tomentosum, segmento penultimo basi aureo-pubescente. Corpus subtus nitidum, alutaceum, parcius pubescens. Pedes validi, coxis nigris, tarsis anticis dilatatis. 2.

2, murinus.

Serricornes.

Sternoxi.

Buprestis.

1, acuminata.

2, appendiculata.

3, chrysostigma.

4, conspersa.

5, * guttulata m.

Supra nigro-æneа, alutacea, elytris depressis, apice rotundatis, punctis 3 flavis.

Long. 4—5 lin; lat. 1½—2 lin.

6, limbata m.

Linearis, viridi aurea, nigro irrorata, elytris serrato-dentatis thoraceque margine purpureo.

Long. 7 lin; lat. 2½ lin. Subtus nitidior.

Caput rugoso punctatum, albo pubescens, inter oculos impressum, oculis magnis, brunneis. Antennæ thorace breviores, virescenti-æneæ, articulis 3 basalibus brevibus, cæteris profunde serratis. Thorax antice emarginatus, lateribus ante medium dilatatus, postice rectus, basi bisinuatus; supra parum convexus, punctis latis, profundis, ad marginem densioribus adspersus, linea media, lævi, nigra. Scutellum transversum, læve, nitidissimum, postice bisinuatum. Elytra thorace parum latiora, ante medium sub-angustata, ultra medium parum dilatata, ad apicem sparsim albo-ciliata, angustata, obtuse serrulata, apice denticulata, dente suturali et marginali longioribus; supra parum convexa, ad humerum utrinque impressa, dense et profunde punctato-striata, interstitiis profunde punctatis, maculis parvis, lævibus, nigro-violaceis adspersa, ipso margine purpureo. Corpus subtus albo-pubescens, thorace pectoreque profunde et late, abdomine pedibusque dense punctatis; tarsis anterioribus fusco-æneis. 1.

Valde affinis B. rutilanti, diversa mihi videtur punctis thoracis latioribus et sparsioribus, elytris minus dilatatis, vitta purpurea in ipso margine (in rutilanti aurea, pone marginem) posita, antennis profundius serratis etc.

7, Pallasia Schönh.

Schönherr l. c. III. p. 264.

Pallas icones insectorum p. 65. Tab. D. fig. 4. B. canaliculata.

Depressa, supra aurichalcea, sulcis thoracis 3, elytrorum laterali albo-pollinosis, his costatis, apice rotundatis.

Long. 5—6 lin; lat. $1\frac{3}{4}$—$2\frac{1}{4}$ lin. Supra parum nitida.

Caput punctulatum, albo-pollinosum, inter oculos late impressum, vertice canaliculato. Antennæ medium thoracis attingentes, obtuse serratæ. Thorax antice angustatus, basi apiceque bisinuatus, lateribus rectis; supra depressus, sparsim punctulatus, sulco medio duobusque marginalibus latis, albo-pollinosis. Scutellum transversum, rotundatum, læve. Elytra thorace non latiora et triplo longiora, antice linearia, ultra medium attenuata, apice singulatim rotundata; supra deplanata, rugulosa, costis 3, intermedia breviore; medio vestigiis linearum 2-e punctis impressis; inter costam secundam et tertiam sulco lato, pollinoso. Corpus subtus nitidum, punctatum, nigro-violaceum aut cupreo-aureum, lateribus pallide squamosis. Pedes tenues glabri, violacei aut cuprei. 3.

8, 4-punctata.

9, rustica.

10, * strigosa m.

Supra aurichalcea, elytris flavo-maculatis, striatis, interstitiis alternis elevatis, apice truncatis, abdomine fulvo-maculato.

Elater.

1, æneus.

2, Böberi Esch.

Germar l. c. I. p. 51.

Entom. russ. II. pag. 202. Tab. XXIII. fig. 5—6. E. 4-pustulatus.

Variat elytris immaculatis.

3, * confluens m.

Nigro-æneus, elytris viridibus, punctato striatis, interstitiis convexis.

4, crocatus.

5, ebenius var?

6, Ephippium.

7, fasciatus.

8, murinus.

9, sanguineus.

10, * sericeus m.

Entom. russ. II. pag. 203. Tab. XXIII. fig. 9.

Oblongus, niger, pube pallida sericeus, thorace postice angustato.

11, tessellatus.

12, trifasciatus.

et species dubia.

Campylus. (Fischer Entom. russ. II. pag. 153.)

Exophthalmus Latreille Familles naturelles pag. 249.

1, linearis.

2, nigricollis m.

Niger, pedibus elytrisque fuscis, his subtus abdominisque margine testaceis.

Long. $5\frac{1}{2}$ lin.; lat. $1\frac{1}{2}$ lin. Griseo pubescens.

Caput rugulosum, opacum, ante oculos profunde impressum, margine reflexo, oculis globosis. Antennæ longitudine dimidii corporis, compressæ, acute serratæ, dentibus elongatis. Thorax antice truncatus, lateribus rectis, postice paullo latior, angulis productis, acutis, valde reflexis; supra convexus, rugulosus, opacus, ad angulos utrinque oblique impressus. Scutellum rotundatum, rugulosum, nitidulum.

Elytra thorace latiora et plus quadruplo longiora, linearia, apice rotundata; supra modice convexa, coriacea, subtiliter punctato-striata, nitidula, margine reflexo, subtus punctato. Corpus subtus punctulatum, nitidum, abdominis extremo margine, femoribus basi, tibiis et tarsis apice ungulisque testaceis. 1.

Elytris leviter punctatis etc. satis differt a C. lineari.

MALACODERMI.

Lycus.

1, sanguineus.

Lampyris.

1, noctiluca.

Cantharis.

1, annulata Fisch.

Hummel l. c. IV. p. 28.

Forsan alpinæ var.

2, daurica m.

Nigra, ore, thoracis abdominisque limbo fulvo, elytris vitta lata disci testacea.

Long. $3\frac{1}{2}$ lin.; lat. 1 lin. Parum nitida, tenue griseo-pubescens.

Caput subtilissime punctulatum, vertice leviter canaliculato. Antennæ articulo 1° et 2° obconicis, fulvis, apice nigro maculatis, 3°—6° nigris, basi anguste fulvis, cæteris totis nigris. Thorax capite latior, antice arcuatus, lateribus rectis, postice medio sinuatus, angulis obtusis et margine toto late reflexo; supra impunctatus, nitidulus, medio canaliculatus, disco convexo, macula magna, antice et postice sinuata; nigra. Scutellum rotundatum, punctulatum. Elytra thorace parum latiora et 4plo longiora, linearia, postice singulatim rotundata; supra depressa, leviter rugulosa, nigra, vitta

lata a humero ad apicem suturæ producta margineque infero ad medium usque testaceis. Corpus subtus subtiliter alutaceum, nigrum, nitidum, fulvo-pubescens, abdominis limbo segmentisque apice fulvis. Pedes nigri, fulvo-pubescentes, geniculis ungulisque fulvis. 1.

3, geniculata m.

Angusta, nigra, palpis, antennarum basi, geniculis tarsisque testaceis.

— Statura C. elongatæ; at specimen unicum, defectum tantum vidi, qua re descriptionem accuratiorem retineo.

4, rufa.

Malachius.

1, aurichalceus m.

Supra aurichalceus, subhirtus, thoracis margine tibiisque flavis, elytris apice rufis.

Long. $2\frac{1}{4}$ lin.; lat. $\frac{7}{8}$ lin. Nitidus, nigro-subpilosus, pallido pubescens.

Caput sublæve, puncto frontali et inter antennas utrinque impressum, ore lacte flavo, oculis nigris. Antennæ simplices, setaceæ, basi flavæ, apice aurichalceæ, articulo secundo sequentibus breviore. Thorax transversus, rotundatus, postice reflexus; supra convexus, sublævis, margine late luteo. Scutellum parvum, rotundatum. Elytra thorace vix latiora et triplo longiora, linearia, apice deflexa, singulatim rotundata rufaque. Corpus subtus fusco-æneum, sublæve, gula nigro, thorace luteo, abdominis margine segmentisque apice rufis. Pedes graciles, flavi, antici femoribus supra æneis; posteriores femoribus æneis, geniculis flavis; postici tibiarum basi tarsisque supra æneis. 1.

2, facialis m.

Viridi-æneus, hirtus, antennis articulo primo lobato, subtus, facie, tarsisque anticis flavis, elytris apice rufis.

Long. $2\frac{1}{4}$ lin.; lat. $\frac{3}{4}$ lin. Statura et affinitas M. elegantis. Nitidus, nigro-hirtus.

Caput tenue punctulatum, fovea inter oculos; facie tota læte flava, oculis nigris. Antennæ supra et apice virides, articulis 6 basi subtus flavis, primo magno, compresso, subtus producto, secundo brevi, tertio et quarto longioribus, serratis, ultimis setaceis. Thorax transversus, rotundatus, postice reflexus; supra modice convexus, subtilissime punctulatus. Scutellum parvum, rotundatum. Elytra thorace vix latiora et triplo longiora, linearia; apice subacuminata, deflexa rufaque; supra parum convexa, subtilissime rugulosa et punctis elevatis adspersa, nigro-hirta et pallido-pubescentia. Corpus subtus læviusculum, tenue pallido-pubescens; pedes graciles, antici tibiarum apice tarsisque, intermedii tarsis totis vel basi flavis; postici tarsis aut viridibus aut viridi-flavo-annulatis. 3.

Clerus.

1, substriatus m.

Rufus, capite, pectore, femoribus elytrisque nigris, his basi rufis et punctato striatis, fasciis 2 albis.

Long. $3\frac{1}{2}$ lin.; lat. $1\frac{1}{4}$ lin. Albo-pilosus, parum nitidus.

Caput magnum, rotundatum, conferte punctatum; labro piceo, palpis rufis. Antennæ thorace sublongiores, articulo ultimo ferrugineo. Thoracis structura, eadem, ac C. formicarii. Elytra striis 6, punctis profunde impressis, quarum 2 suturales abbreviatæ, intermediæ illis longiores, 5ª et 6ª medium attingentes; cæterum structura et color C. formicarii.

Corpus subtus nitidulum, abdomine, femoribus basi, tibiis subarcuatis tarsisque rufis. 1.

Trichodes.

1, bifasciatus.

Hylecoetus.

1, dermestoides.

Clavicornes.

Hister.

1, 12-striatus.

2, unicolor.

et species dubia.

Necrophorus,

1, investigator.

2, Mortuorum.

Silpha.

1, atrata.

2, daurica m.

Confertissime punctulata, fusca, pubescens, lineis 3 elevatis et punctis majoribus pone illas impressis.

Long. 5 lin.; lat. 3 lin. Sparsim pallido-pubescens, supra obscura, subtus nitidula.

Caput deplanatum, carina transversa obsoleta inter oculos nigros. Antennæ thoracem non superantes, extrorsum sensim crassiores. Thorax antice truncatus, lateribus rotundatus, angulis omnibus obtusis, postice trisinuatus; supra in medio apicis valde convexus, lateribus et postice deplanatus, disco tuberculis aliquot lævibus adspersus. Scutellum triangulare, margine elevato. Elytra thorace vix latiora, linearia, apice rotundata; supra parum convexa, margine late reflexo, granulato, punctata, tuberculo magno ultra medium, carinis

3 hoc superantibus, nec apicem attingentibus, intermedia longiore; et pone illas utrinque punctis profundis sparsim impressis. Corpus alutaceum, obscurius; pedes punctati, tibiis ciliatis. 2.

3, opaca.

4, perforata m.

Nigra, glabra, thorace emarginato, elytris convexis, profunde ruguloso-punctatis, tricarinatis.

Long. 7—8 lin.; lat. 4—4½ lin. Supra nitidula, subtus nitidior.

Caput angustum, tenue punctulatum, fronte convexa, labro fulvo-ciliato, oculis glaucis. Antennæ thorace paullo breviores, extrorsum parum crassiores. Thorax antice angustatus, profunde emarginatus, lateribus rotundatus, postice dilatatus, leviter trisinuatus, angulis omnibus obtusis; supra depressus, subtiliter et confertissime punctulatus, margine anguste reflexo, in medio basis transversim et utrinque longitudinaliter impressus. Scutellum triangulare, confertissime punctulatum. Elytra thorace parum latiora, lateribus arcuatis, postice late rotundata; supra convexa, margine valde reflexo, profunde ruguloso-punctata, carinis 3 lævibus, apicem non attingentibus, exteriore elevatiore, intermedia longiore. Corpus subtus granulatum; pedes punctulati, tibiis nigro-ciliatis. Plures.

A S. carinata differt colore, elytris minus linearibus, convexioribus et profundius punctatis.

5, sinuata.

6, thoracica.

Peltis.

1, ferruginea.

2, grossa.

3, * squamulosa m.

Oblonga, nigra, albo squamulosa, elytris lineatis, interstitiis duplici serie punctatis.

Dermestes.

1, dimidiatus Stev.

Schönherr l. c. II. p. 89.

2, domesticus m.

Germar l. c. p. 83.

Trogoderma.

1, versicolor.

Byrrhus.

1, Pilula.

LAMELLICORNES.

Onthophagus.

1, laticornis m.

Mémoires de la Soc. des Nat. de Moscou VI.

O. affini Sturm. nimis affinis videtur.

2, marginalis m.

Ibidem V. p. 315.

et species dubia.

Aphodius.

1, depressus.

2, erraticus.

3, sordidus.

4, striolatus Esch.

Brevis, ater, punctatus, clypeo unituberculato, elytris depressis, lividis, striatis, striolis 2 nigris.

A. erratico valde affinis.

5, subterraneus.

Scarabaeus.

1, stercorarius.

Melolontha.

1, * Henningii m.

Entom. russ. II. pag. 213. Tab. XXVIII. fig. 6.

Rufo-testacea, villosa, clypeo rotundato, transversim carinato, elytris obsolete costatis, ruguloso-punctatis.

Euchlora.

1, holosericea.

Anisoplia.

1, arcuata m.

Nigro-ænea, antennis elytrisque testaceis, his sutura, fascia arcuata margineque postice nigris.

Long. 5 lin.; lat. 3 lin. Supra nitidula, subtus nitidior, pilis pallidis, subtus longioribus et densioribus hirta.

Caput rugulosum, linea elevata, transversa inter antennas, clypeo lato, punctulato, antice rotundato, margine omni reflexo, palpis testaceis, oculis glaucis. Antennæ flavo-testaceæ, lamellis tribus; maris elongatis, capite parum brevioribus. Thorax antice angustatus, lateribus ante medium dilatatus, postice utrinque subsinuatus et medio arcuatus; supra convexus, punctulatus, hinc inde leviter impressus. Scutellum rotundatum, punctulatum. Elytra thorace latiora, lateribus subdilatata, postice late rotundata; supra convexa, humero prominulo, profunde striata, subtilissime rugulosa, pallide testacea, pilis brevissimis adspersa, fascia communi arcuata, a humero ad medium suturæ descendente, sutura et margine a medio ad apicem usque anguste nigris. Pygidium subtiliter

rugulosum. Corpus subtus punctulatum, abdomine segmentis 2 ultimis apice flavo-testaceis. Pedes compressi, elongati, tibiis anticis bidentatis, tarsis nigro-piceis, ungulis alteris brevioribus, primo antico dente armato. 1.

2, horticola.

Omaloplia.

1, polita m.

Cylindrica, livido-ænea, nitida, pubescens, elytris sulcatis, antennis pedibusque rufo-testaceis.

Long. 4 lin.; lat. 2 lin. Pilis pallidis, brevibus adspersa.

Caput obscurius, ruguloso-punctatum, carinula longitudinali inter oculos alteraque transversa inter antennas; clypei margine late reflexo, rotundato, antice sinuato; palpis testaceis; oculis magnis, globosis, nigris. Antennæ lamellis 3 maris elongatis. Thorax transversus, antice angustatus, bisinuatus, lateribus obliquis, deflexis, angulis obtusis, postice multo latior, leviter bisinuatus; supra convexus, dense punctatus. Scutellum triangulare, confertim punctatum. Elytra thorace parum latiora et triplo longiora, linearia, apice late rotundata, abdomine breviora; supra valde convexa, humero prominulo, sulcata, sulcis dense, costis sparsim ruguloso-punctatis. Pygidium punctatum, albido-pollinosum. Corpus subtus punctatum, pilis longioribus adspersum, polline subtilissimo certo situ albido-sericeum. Pedes elongati, tibiis anticis bidentatis, ungulis omnibus æqualibus, apice bifidis. 2.

Mas colore obscuriore differt a femina; an constanter? Statura O. brunneæ, at nitore, pubescentia, thorace postice latiore etc. facile distinguitur.

Hoplia.

1, 12-punctata Ol.

Pallas icones p. 18. Tab. A. fig. 20. Scarabæus aureolus.
Variat polline viridi et flavo, sæpius detrito.

2, puncticollis m.

Nigra, elytris pedibusque ferrugineis, tota viridi squamosa, thorace punctis 6 nigris.

Long. 3 lin.; lat. 1½ lin.

Simillima præcedenti; at angustior, et elytris inmaculatis, qua re propriam speciem, ulterius eruendam, censeo. 2.

Cetonia.

1, ænea.

2, marmorata.

Trichius.

1, * bimaculatus m.

Niger, pallido-pubescens, thorace suborbiculato, nitido, elytris fasciis 2 luteis, interne confluentibus.

2, dauricus m.

Mémoires de Moscou. VI.

Pallas l. c. p. 18. Tab. A. fig. 16. Scarabæus succinctus.

3, fasciatus.

Sinodendron.

1, cylindricum.

Platycerus.

1, caraboides.

Heteromera.

Melasoma.

Tentyria.

1, angulosa. Fisch.

Fischer in lit.

Thorace transverse-quadrato, ruguloso-punctato, margine postice reflexo, elytris ovatis, alutaceis.

Long. 5—6 lin.; lat. 2—2½ lin. Nigra, parum nitida.

Caput planum, ruguloso-punctatum, inter antennas utrinque impressum, clypeo rotundato. Antennæ crassiusculæ, cylindricæ, vix longitudine thoracis. Thorax antice et postice emarginatus, ante medium subdilatatus, postice angustior, angulis productis, acutis, reflexis; supra modice convexus, ruguloso-punctatus, margine anguste reflexo. Scutellum punctiforme. Elytra antice sinuata, margine in dentem producto, lateribus dilatata, thorace multo latiora, postice subacuminata; supra valde convexa, granulis densis alutacea et impressionibus levibus subinæqualia, raro quasi substriata. Subtus thorax rugulosus, pectus et abdomen sparsim punctulata; pedes graciles, tarsis piceis. Plures.

2, pygmæa m.

Punctulata, clypeo antice reflexo, thorace transverse-cordato, elytris ovatis, basi bisinuatis.

Long. 2½ lin.; lat. 1½ lin. Nigra, parum nitida.

Caput magnum, dense punctulatum, inter antennas profunde impressum, clypeo antice rotundato. Antennæ tenues, articulo tertio secundo parum longiore. Thorax latitudine duplo brevior, antice leviter emarginatus, lateribus ante medium dilatatus, postice subarcuatus, angulis parum prominulis; supra convexus, dense punctulatus. Scutellum breve, transversum. Elytra basi profunde singulatim emarginata, transversim carinulata, lateribus dilatata, thorace latiora, apice subacuminata; supra convexa, vage punctulata, subtiliter rugulosa. Subtus thorax dense, abdomen parce rugulosi, pectus læve. Pedes graciles, tarsis piceis.

3, undulata Mann.

Comes Mannerheim in lit.

Thorace transverse-quadrato, ruguloso-punctato, elytris ovatis, dense punctulatis, rugulis latis, undulatis.

Maxime affinis T. strigosæ m; a qua statura paullo latiore et rugulis latis elytrorum differt.

Blaps.

1, reflexa m.

Thorace margine late reflexo, elytris transversim rugulosis, apice mucronatis.

Long. 9—11 lin.; lat. 4—4½ lin. Nigra, supra opaca, subtus nitidula.

Caput planum, punctatum, transversim impressum, fronte antice truncata, oculis angustis, lunulatis. Antennæ capite cum thorace breviores, articulo tertio quarto triplo longiore. Thorax antice angustatus, emarginatus, angulis obtusis, lateribus dilatatus, postice sinuatus et tenue fulvo-ciliosus, angulis acutis; supra depressus, subtiliter rugulosus, margine acuto, late reflexo, ad basin transversim impressus. Scutellum transversum, fulvo-ciliosum. Elytra thorace latiora et triplo longiora, lateribus dilatata, margine ad basin et apicem anguste reflexo, postice mucrone longo, medio et subtus sulcato armata; supra transversim rugosa, postice fornicata. Corpus subtus tenuissime rugulosum; pedes rugulosi, elongati, anteriores condylis griseo sericeis. 2.

2, rugosa m.

Hummel l. c. IV. pag. 48.

Capite thoraceque convexo confertim punctulatis; elytris rugosis, lateribus dilatatis, apice breviter acuminatis.

Platyscelis.

1, rugifrons m.

Entom. russ. II. pag. 194. Tab. XX. fig. 4.

Germar l. c. p. 139. Blaps rugifrons.

Habitat in Dauria et ad fl. Abakan, nec ad lacum Nor-Saisan, ut opinatur ill. Fischer.

Crypticus.

1, glaber.

Opatrum.

1, sabulosum.

Tenebrio.

1, transversalis.

Upis.

1, ceramboides.

TAXICORNES.

Diaperis.

1, Boleti.

STENELYTRA.

Scotodes.

1, annulatus Esch.

Mémoires de l'Acad. des Sciences de Pétersbourg. VI. pag. 454. n° 3.

Entom. russ. II. pag. 165. Tab. XXII. fig. 7.

Pelmatopus Hummelii.

Cistela.

1, * altaica m.

Angusta, flavescens, thorace conico; antennis geniculisque nigris, elytris crenato-striatis.

Serropalpus.

1, striatus.

Ditylus.

1, lævis.

Oedemera.

1, coarctata m.

Germar l. c. pag. 169.

2, lurida.

3, virescens

et specimen dubium, defectum, O. coarctatæ feminæ simillimum, at disco thoracis viridi-æneo.

TRACHELIDES.

Mordella.

1, aculeata.

Mylabris.

1, confluens Fisch.

Entom. russ. II. pag. 227. Tab. XL. fig. 10. M. marginata.

Nigro-violacea, hirta, elytris coccineis, vitta marginali, intus sinuata, maculis 2 suturalibus lunulaque apicis nigro-violaceis. ♃.

Variat macula media cum vitta in fasciam confluente.

Secundum ill. Pallas varietas M. splendidulæ; vide icon. pag. 83. Forsan cum hac varietas M. Frolovii m. vide Annales de Moscou VII.

2, maculata.

3, sibirica m.

4, speciosa Pall.

5, Tauscheri Esch.

Meloë.

1, lobata m.

Violacea, punctata, elytris subrugulosis, antennarum articulo 6^{to} et 7^{mo} latissimis, lobatis.

Speciminis sicci long. 5 lin.; lat. 2 lin. Nitida.

Caput depressum, vage punctatum, inter oculos transversim impressum, vertice rotundato, oculis nigris. Antennæ articulo primo elongato, clavato; 3 sequentibus sensim crassioribus, obconicis, 5^{to} adhuc crassiore, transversim ovato, 6^{to} et 7^{mo} latissimis, compressis, antice concavis, illo lunato, hoc ovato, ceteris setaceis, ultimo elongato, acuminato. Thorax capite angustior, apice angustatus, truncatus, lateribus ante medium dilatatus, postice sinuatus; supra convexus, vage punctatus. Scutellum abest. Elytra capite parum latiora, thorace $2\frac{1}{2}$ longiora, ad humerum impressa, lateribus arcuata, apice singulatim rotundata, distantia; supra convexa, minus nitida, tenue longitudinaliter rugulosa. Pygidium et corpus subtus rugulosa. Pedes graciles, tarsis tibiis longioribus. 1.

et species dubia.

Lytta.

1, megalocephala Böb.

2, Pallasii m.

3, sibirica Pall. itin.

dubia entom. russ.

erythrocephala Pall. icon.

Vide entom. russ. II. pag. 229 et cet.

Zonitis.

1, polita m.

Atra, nitida, thorace sublævi, elytris fulvis, maculis 2 nigris, sutura reflexa.

Long. $4-5\frac{1}{2}$ lin.; lat. $1\frac{1}{2}-2$ lin. Nitidissima, pube brevi, fulva vage adspersa.

Caput conicum, basi bisinuatum, inter oculos biimpressum, vertice vage et subtilissime, fronte densius punctatis. Antennæ longæ, tenuissimæ. Collum confertim punctatum. Thorax antice angustatus, lateribus dilatatus, immarginatus, postice truncatus, margine anguste reflexo; supra convexus, punctis minutis hinc inde adspersus, foveaque scutellari. Scutellum rotundatum, punctulatum, medio impressum. Elytra thorace latiora et 4plo longiora, cylindrica, apice singulatim rotundata, supra convexa, rugulosa, sutura margineque reflexis, macula rotunda, nigra ante alteraque ultra medium disci. Corpus subtus vage punctulatum. Pedes graciles, femoribus compressis, posticis supra arcuatis, tarsis ungulis bifidis.

Tetramera.

Curculionides.

Anthribus.

1, dorsalis.

Apoderus.

1, Coryli.

2, politus m.

Hummel l. c. IV. pag. 50.

Ater, valde nitidus, elytris rufis, punctato-striatis, interstitiis sublævibus.

Rhynchites.

1, Populi.

2, * rugosus m.

Subtus cupreo-auratus, supra viridisericeus, thorace elytrisque rugoso-punctatis.

Thamnophilus.

1 , phlegmaticus.

2 , frontalis Gyll.

Chlorophanus.

1 , salicivorus Germ.

Brachyderes.

1 , leucophæus Sch.

Cleonus.

1 , atrirostris m.

Thorace lobato albo-squamosus, capite, vittis 2 latis thoracis, macula humerali alteraque impressa disci elytrorum nigris.

Long. 4 lin.; lat. 1¾ lin. Niger, dense albido subsericeo squamosus.

Caput parum convexum, punctulatum, glabrum, foveola frontali; oculis ovatis. Rostrum crassum, capite sublongius, antice paullo latius et utrinque longitudinaliter impressum, marginatum, supra ruguloso-punctatum. Antennæ breves, validæ, albo-squamulosæ, articulo 2^d^ sequentibus longiore et crassiore. Thorax antice truncatus, pone oculos lobatus, lateribus ante medium subdilatatus, postice arcuatus; supra subconvexus, alutaceus, sparsim tuberculatus, niger; lateribus lineaque media albo-squamosis. Scutellum minutum, nigrum. Elytra breviter ovata, antice sinuata, apice rotundata, thorace multo latiora; supra convexa, dense squamosa, obsoletissime striata, macula humerali alutacea, glabra, triangulari, nigra alteraque transversa, impressa, pallidiore, squamulosa ultra medium disci. Corpus subtus squamosum, abdomine punctis sparsis denudatis, nigris. Pedes squamosi, tibiis tarsisque albo-ciliatis. 1.

2 , costatus m.

Thorace lobato, rostro carinato, antice incrassato, niger, albido-tomentosus, elytris ovatis, crenato-striatis, disco bicostato.

Long. 4—5 lin.; lat. 1¾—2 lin. Niger, tomento albo irregulariter adspersus, subtus nitidulus, supra opacus.

Caput rugulosum, fronte impressa, subcarinulata, oculis ovatis, obsolete ciliosis. Rostrum rugosum, marginatum, basi constrictum, apice dilatatum. Antennæ breves, validiusculæ, pallido-tomentosæ, articulo secundo tertio duplo longiore. Thorax antice bisinuatus et abrupte angustatus, lateribus rectus, postice subarcuatus; supra deplanatus, rugoso-punctatus, antice carinulatus et transversim impressus. Scutellum minutissimum. Elytra ovata, basi subcarinata, apice angustata; supra irregulariter crenato-striata, interstitiis alutaceis, secundo, tertio suturaque elevatis, tuberculo albo-piloso. Subtus thorax et pectus profunde, abdomen vage punctati, hoc medio late impressum; pedes graciles, posteriores longiores, unius speciminis valde pilosi. 3.

3, * flaviceps Pall.

Pallas icon. p. 34. Tab. H. (nec B.) fig. 17.

Entom. russ. II. p. 232. Tab. XLIV. fig. 7.

Cleonis frontata.

Thorace lobato, rugoso rostroque carinatis, niger, tomento albo variegatus, elytris ovatis, punctato-sulcatis, basi depressis, maculis fasciisque 2 interruptis, semicircularibus nigris.

4, * fossulatus Fisch.

Entom. russ. II. pag. 233. Tab. XLIV. fig. 8.

Thorace lobato, rugoso rostroque sub 4-sulcato carinatis, niger, tomento albo-variegatus, elytris ovatis, dorso subdepressis, profunde punctato-striatis.

A præcedenti differt elytris striatis, minus fornicatis. aliter coloratis et cet.

5, foveolatus Fisch.

Entom. russ. II. pag. 232. Tab. XLIV. fig. 4.

Pall. icon. pag. 33. Tab. H. fig. B. 16.

C. fenestratus?

Rostro carinato, thorace lobato, punctato, antice utrinque albo, niger, albo-tomentosus; elytris convexis, punctato-sulcatis, basi maculisque nigris.

Long. 5 lin.; lat. $2\frac{1}{4}$ lin.

Differt a C. leucoptero sulcis punctatis, a C. fossulato elytris profundius striatis, a C. flavicipite eorum structura, ab omnibus signatura.

6, granulosus m.

Hummel l. c. IV. pag. 35.

Thorace truncato, rostro rotundato, niger, squamulis ferrugineis et albis variegatus, totus nigro-granulatus, elytris oblongo-ovatis, basi depressis.

Structura elytrorum etc. differt a C. marmorato; articulus antennarum 2^{dus} tertio parum longior.

7, * marginatus Fisch?

Entom. russ. II. pag. 231. Tab. XLIV. fig. 2.

Thorace lobato, punctato, 4-striato rostroque carinatis niger, tomento albo variegatus, elytris oblongo-ovatis, profunde punctato-striatis.

8, superciliosus m.

Thorace lobato nigricans, elytris ovatis, geminatim crenato-striatis, fasciculis superciliisque pallidis.

Long. 5—$6\frac{1}{4}$ lin.; lat. $2\frac{1}{4}$—3 lin. Subtus niger, nitidulus, supra nigro-cinerascens.

Caput vertice convexo, ruguloso, fronte excavata, rugosa, medio et ante oculos ovatos acute carinata, pilis pallidis ciliata. Rostrum crassum, breve, marginatum, rugosum, medio carinatum, postice utrinque foveatum, antice et subtus pallido-setaceum. Antennarum, thoracis et scutelli structura, ut in C. costato, illius apice utrinque lineolis 2 pallido pilosis. Elytra breviter ovata, basi subsinuata et subcarinata, postice rotundata; supra disco valde convexo, striis 10 profunde crenatis, per paria approximatis, costis alutaceis, fasciculis sparsis, parvis, ultra medium fasciolam interruptam formantibus e pilis brevibus, pallidis. Subtus corporis et pedum structura, ut in C. costato, condylis, pedibus fasciculisque abdominis pallido-pilosis. 2.

Affinis C. costato; structura autem frontis, elytrorum etc. satis differt.

9, * Schönherri m.

Thorace lobato, rugoso rostroque acute carinatis, niger, cinereo-tomentosus, elytris oblongo-ovatis, punctato-striatis, lateribus rugulosis.

Alophus.

1, biguttatus m.

Fuscus, thorace profunde punctato, elytris apice acuminatis, puncto postico albo.

Long. 3½ lin.; lat. 1¼ lin.

Caput alutaceum, fronte canaliculata, oculis nigris. Rostrum basi constrictum, apice valde dilatatum, capite paullo longius. Antennæ articulo secundo tertio latiore et paullo breviore, clavæ apice albo-tomentoso. Thorax cylindricus, antice et postice truncatus, lateribus parum dilatatus; supra convexus, profunde rugoso-punctatus. Scutellum triangulare, tomentosum.

Elytra basi thorace latiora, ovata, apice acuminata; supra convexa, punctato-striata, interstitiis alutaceis, glabra (fomento forsan detrito?), puncto albo-pubescente ultra medium disci, subtus albido-tomentosa. Corpus subtus dense punctulatum, pube albida adspersum. Pedes albido-pubescentes, femoribus clavatis, ante apicem constrictis, tibiis apice valde dilatatis, nec uncinatis. 1.

2, * 4-guttatus m.

Fuscus, luteo-pubescens, thorace punctulato, elytris apice acuminatis, guttis 2 albidis.

— Variat guttis in vittam confluentibus.

Alterum simillum, æque dauricum, possideo, elytris lateribus albo-tessellatis, nec guttatis; forsan mera varietas A. 4-guttati.

Hylobius.

1, Abietis.

2, arcticus.

3, Pineti.

Phytonomus.

species.

Phyllobius.

1, flavipes.

2, parvulus.

3, thalassinus Sch.

Otiorhynchus.

species.

Larinus.

1, * impressus m. var?

Niger, thorace punctato, elytris coriaceis, punctato-striatis, griseo-tesellatis, ad basin transversim impressis.

A L. impresso altaico differt thorace et elytris profundius et parcius punctatis.

Erirhinus.

1, bimaculatus.

Balaninus.

species.

Gymnaetron.

1, Graminis.

PLATYSOMA.

Scolytus.

1, Destructor.

var. paullo minor, vix vero diversa.

LONGICORNES.

Purpuricenus.

1, Halodendri.

2, sellatus.

Callidium.

1, variabile.

2, striatum.

3, violaceum.

Clytus.

1, Capra Germ.

Germar l. c. p. 518.

2, Ibex m.

Hummel l. c. IV. pag. 53.

Niger, thorace globoso, ruguloso, elytris striola transversa, fasciis 2 angulatis apiceque rotundato flavis.

3, liciatus.

4, plebejus.

Acanthocinus.

1, varius.

Monochamus.

1, * saltuarius Esch.

Eschscholtz in lit.

Niger, thorace spinoso, antennis annulatis, elytris linearibus, albido variegatis, antice granulatis.

2, Sartor.

3, Sutor.

Lamia.

1, Myops Sch.

2, Textor.

Dorcadion.

1, humerale m.

Mémoires de Moscou VI. pag. 130.

Entom. russ. II. pag. 241. Tab. L. fig. 9. 10.

2, involvens Fisch.

Ibidem pag. 240. Tab. L. fig. 8.

Piceum, infra albo-tomentosum, thorace punctato, canaliculato, elytris convexis, vage punctulatis, humero prominulo. — Valde affine D. carinato F. elytris vero angustioribus, magis elevatis, non striatis, vage punctatis, nec subtilissime rugulosis differt. In specimine feminino collectionis meæ elytra supra tota tomento griseo tecta, striis 4 subelevatis, pallidioribus. 3.

Saperda.

1, Carcharias.

2, pilicornis F.

Fabricius Eleut. II. pag. 321.

Pallas icon. Tab F. fig. 14.

Violacea, antennis nigro griseoque annulatis, articulis primis apice penicillatis.

Long. $4\frac{1}{2}$—$7\frac{1}{2}$ lin.; lat. $1\frac{1}{4}$—$2\frac{1}{4}$ lin.

Nigro-violacea, nitidula, supra nigro-pilosa, subtus nitidior.

Caput dense punctatum, inter antennas impressum, labro palpisque nitidis, nigris; oculi excisi, nigri. Antennæ corpore longiores, sparsim pilosæ, articulo primo et secundo nigro-violaceis, ceteris cinereis vel subrosaceis, apice nigris, primo tertioque apice pilis densioribus penicillatis. Thorax cylindricus, ante basin et apicem subconstrictus; supra confertissime punctulatus. Scutellum rotundatum, nigrum. Elytra thorace latiora et 6tuplo longiora, linearia, apice singulatim rotundata; supra subdepressa, rugoso-punctata, humero prominulo. Corpus subtus albido-pubescens; pectus punctulatum, medio abdomineque subtilissime rugulosis. Pedes graciles, albido-pubescentes.

Fabricii « Habitat in America meridionali. D. Hybner » videtur æqualis error, ac « Pimelia leucographa. Hab. in Germania. D. Hybner. »

3, Populi.

Rhagium.

1, Inquisitor.

Pachyta.

1, daurica m.

Mémoires de Moscou V. pag. 329.

2, interrogationis

cum multis varietatibus.

3, Lamed.

4, longipes m.

Nigra, opaca, thorace lateribus dilatato, confertissime punctato, elytris convexis, ruguloso-punctatis, fasciis 3 medio interruptis, testaceis; pedibus elongatis.

Long. 4—5½ lin.; lat. 1½—2¼ lin. Tenue pallido-pubescens. Caput confertissime punctulatum, inter oculos transversim impressum, inter antennas canaliculatum. Antennæ longæ, tenues. Thorax antice valde constrictus, ante medium dilatatus, postice bisinuatus, angulis acutis, prominulis; supra globosus, confertissime ruguloso-punctatus, medio obsolete canaliculatus, parum pubescens. Scutellum rotundatum. Elytra thorace multo latiora et triplo longiora, lateribus (secundum varietatem sexus?) linearia vel sensim attenuata, apice angustiora, singulatim rotundata; supra humero prominulo, convexa, antice dense rugulosa, postice confertim punctata, fascia humerali, altera ante, tertia ultra medium, ad suturam late interruptis, testaceis. Corpus subtus alutaceum, pube pallida sericeum; pedes graciles, longi, femoribus posticis apicem elytrorum attingentibus aut superantibus. 7.

Variat:

1, fasciis anterioribus margine confluentibus.

2, fasciis omnibus vel anterioribus in maculas 2 abbreviatis.

3, fascia media utrinque in maculas duas divisa.

Latitudine æque variat, ac P. maculata et trifasciata, quibus affinis; differt autem ab illa antennis longioribus et nitore, ab hac convexitate elytrorum, ab utraque punctura et pedibus elongatis.

Altera mihi missa, P. longipedi simillima, elytris testaceis, punctis 3, transversim dispositis ante, macula magna ultra medium apiceque late nigris.

Sutura et margo postice anguste nigri.

Forsan mera varietas.

5, minuta m.

Nigra, thorace rotundato capiteque sub-punctulatis, elytris violaceis, punctatis.

Long. $2\frac{1}{2}$ lin.; lat. 1 lin. Nitida, tenue albido-pubescens.

Caput deplanatum, tenue punctulatum, inter antennas canaliculatum; oculis globosis. Antennæ longæ, graciles, pubescentes. Thorax antice angustatus, truncatus, lateribus rotundatus, basi bisinuatus; supra convexus, vage et subtilissime punctulatus, medio longitudinaliter, ad apicem transversim impressus. Scutellum albo-tomentosum. Elytra thorace multo latiora, linearia, apice singulatim rotundata; supra parum convexa, vage et profundius punctata medio subimpressa, humero prominulo. Corpus subtus dense punctulatum; pedes longi, graciles. 1.

Punctura, structura thoracis etc. satis differt a P. virginea.

6, 4-maculata.

7, smaragdula.

8, strigilata.

9, 6-maculata Dej.

10, trifasciata (6-maculata Sch.)

11, variabilis m.

cum multis varietatibus.

N B. Leptura striolata m. (Mémoires de Moscou V. p. 330) videtur varietas P. variabilis, in Dauria æque variantis elytris pallidis, basi, sutura, vitta lata disci, striolisque nigris.

12, virginea.

Leptura.

1, annulata.

2, atra.

3, attenuata.

4, cincta.

5, cyanea m.

Nigro-violacea, hirta, elytris dorso impressis.

Long. $5\frac{1}{4}$ lin.; lat. $1\frac{1}{2}$ lin. Nitida, supra nigro-pilosa, elytris lucidioribus.

Caput rugulosum, fronte transversim impressa, inter antennas canaliculatum; ore elongato, vage punctato. Antennæ corpore breviores, apice pubescentes. Thorax antice truncatus et sensim angustatus, lateribus arcuatus, basi constrictus, bisinuatus, angulis brevissimis; supra convexus, profunde punctatus. Scutellum rotundatum, punctulatum. Elytra thorace latiora et $3\frac{1}{2}$ longiora, sublinearia, apice angustiora, late emarginata; supra profunde punctata, pone scutellum reflexa, humero prominulo, dorso late impresso. Corpus subtus ruguloso-punctatum, pectore abdomineque albo-pubescentibus. Pedes graciles, punctati, albo-pubescentes, femoribus clavatis. 1.

6, dubia.

7, 12-guttata.

8, nigripes.

9, * 4-vittata m.

Nigra, elytris elongatis, vittis 2 testaceis, pedibus rufis.

10, thoracica.

11, variicornis.

12, virens.

EUPODA.

Donacia.

1, Nympheæ.

Lema.

1, merdigera.

2, 14-punctata.

CYCLICA.

Cassida.

1, affinis.

2, atrata?

3, viridis.

Clythra.

1, bipunctata m.

Hummel l. c. IV. pag. 40.

Viridi-ænea, fronte excavata, thorace obsoleto punctato, antice truncato, elytris flavo-testaceis, puncto humerali nigro.

2, cyanicornis.

3, collaris.

Fabricius Eleut. II. pag. 49. Cryptocephalus collaris.

C. lateralis m. in lit.

4, 4-punctata.

Cryptocephalus.

1, cordiger.

2, Kulibini m.

Viridi-æneus, capite, pedibus margineque thoracis antico, et laterali, elytrorum punctatorum humerali flavis.

Long. 2 lin.; lat. 1 lin. Corpus supra læte viridi-æneum, nitidum, glabrum.

Caput intrusum, punctulatum, vertice canaliculato, macula verticis duabusque pone oculos viridi-æneis; oculis glaucis. Antennæ articulis 5 basalibus flavis, ceteris nigris, pubescentibus. Thorax brevis, transversus, apice angustatus, margine antico et laterali reflexo; supra convexus, subtilissime punctulatus, postice depressus. Scutellum porrectum, punctulatum. Elytra thorace parum latiora, linearia, profunde rugoso-punctata, humero prominulo, margine ad medium usque pallido. Pygidium et corpus subtus obscuriora, minus nitida, alutacea, pube brevi, albida adspersa. Pedes flavo-testacei; femoribus anterioribus supra, posticis apice nigris. 1.

D. Alexander Kulibin, minerarum geometra, plurima insecta daurica benevole communicavit.

3, Mannerheimii m.

Hummel l. c. IV. pag. 56.

Niger, thorace flavo-variegato, elytris punctatis, macula humerali, 2 medii, quarta apicali flavis.

4, ochroloma Stev.

Steven in lit.

Niger, supra violaceus, thorace elytrisque punctatis, his striola margineque apicis albis.

5, * regalis m.

Viridi-æneus, elytris punctatis, pallidis, maculis 3, sæpius confluentibus viridi-æneis.

Var. a. macula suturali cum posteriore coëunte.

b. maculis omnibus confluentibus, i. e. elytris viridi-æneis, limbo omni pallido.

c. elytris viridi-æneis, margine humerali et apicali pallidis.

d. elytris viridi-æneis, margine humerali et scutellari pallidis.

Var. e. elytris viridi-æneis, margine humerali solo pallido.

6, sericeus;

cum varietate violacea.

Eumolpus.

1, pretiosus.

2, Vitis.

Paropsis.

1, 12-pustulata m.

Hummel l. c. IV. pag. 54.

Obovata, atra, elytris maculis 6 flavis (in vivis rufis?).

2, hieroglyphica Fisch.

Ibidem pag. 55.

Obovata, flavo-testacea, elytris fasciis 3 macularum nigrarum.

Chrysomela.

1, Adonidis.

2, ænea.

3, affinis.

4, aurichalcea m.

Mémoires de Moscou VI.

5, collaris.

6, daurica m.

Ovata, ferruginea, thoracis margine incrassato, elytris rugoso-punctatis.

Long. $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ lin.; lat. $1\frac{3}{4}$—$2\frac{1}{2}$ lin. Nitida, vix ullo nitore æneo.

Caput punctulatum, oculis nigris. Thorax evidenter confertim punctatus, fovea marginali rugoso-punctata. Elytra lateribus arcuata, ultra medium vix dilatata; supra profunde

ruguloso-punctata. Cæterum simílla Ch. Staphyleæ, at propter puncturam multo profundiorem et nitorem minus æneum vix ejus varietas. 5.

7, Graminis;

et varietas viridi-aurea, thorace postice, elytris sutura vittaque disci cœruleis.

8, lapponica.

9, limbata.

10, marginata.

11, musiva Böb.

et var. limbo elytrorum late rufo.

12, peltoidea m.

Oblongo-ovata, depressa, capite nigro, thorace testaceo, elytris cupreis.

Long. 3 lin.; lat. 1½ lin. Ænea, nitida, glabra; statura depressa Peltis ferrugineæ.

Caput porrectum, ruguloso-punctatum, inter oculos late impressum, ore deflexo, piceo. Antennæ tenues, thoracem parum superantes, apice subcrassiores, articulis 4 primis testaceis, ceteris nigris. Thorax transverse-quadratus, antice profunde emarginatus, lateribus rectis, postice truncatus; supra planus, disco vage punctulato, canaliculato, margine depresso, profunde punctato. Scutellum rotundatum, læve, nigrum. Elytra obovata, thorace basi latiora et quintuplo longiora; supra humero prominulo, margine carinato, depressa, profunde ruguloso-punctata, costis 3 obsoletis, apicem non attingentibus. Corpus subtus deplanatum testaceum, capite, thoracis et pectoris medio, abdominisque segmentis primis basi nigris. Pedes compressi, testacei, geniculis nigrescentibus, tarsis griseo-spongiosis. 2.

13, polita.

14, Populi.

15, * porosa m.

Obovata, nigra, thoracis margine incrassato, elytris profunde punctatis, margine late sanguineo.

16, sulcata m.

Mémoires de Moscou VI.

17, Viminalis.

18, Vitellinæ.

et species dubia.

Galleruca.

1, Absinthii.

2, Capreæ.

3, Lineola.

4, rustica.

Haltica. (Argopus Fisch.)

1, nigritarsis m.

Mémoires de Moscou VI. Chrysomela nigritarsis.

Entom. russ. II. pag. 235. Tab. XLVII. fig. 4.

Clavipalpi.

Triplax.

1, rufiventris m.

Ovata, rufo-testacea, elytris nigris, profunde punctato-striatis.

Long. 2 lin.; lat. 1 lin. Nitida, glabra.

Caput punctulatum, inter antennas utrinque impressum; oculis nigris. Antennæ rufo-testaceæ, apice paullo obscuriores et griseo-pubescentes, articulo ultimo lenticulari. Thorax transversus, antice angustior, emarginatus, lateribus subar-

cuatus, anguste marginatus, postice bisinuatus; supra convexus, vage punctulatus. Scutellum transversum, læve. Elytra ovata, apice rotundata; supra convexa, profunde punctato-striata, interstitiis serie vage punctulatis. Corpus subtus pectore profundius, abdomine subtilius punctulatis. Pedes breves, validi, tibiis anterioribus triangularibus. 1.

Statura T. rufipedis, color T. bicoloris; punctura elytrorum ab utraque differt.

Trimera.

Aphidiphagi.

Coccinella.

1, bipunctata.

2, bipustulata.

3, 12-maculata m.

Suborbicularis, supra rufa, capite, maculis 2 thoracis, $1\frac{1}{2}$, 2, $1\frac{1}{2}$, 1 elytrorum nigris.

Long. $3\frac{1}{2}$ lin.; lat. 2 lin. Nitida, glabra.

Caput punctatum, inter antennas transversim impressum; oculis nigris, labro palpisque rufis. Antennæ sparsim pilosæ. Thorax antice angustatus, profunde emarginatus, lateribus et postice arcuatus; supra modice convexus, dense punctulatus, maculis 2 magnis, nigris. Scutellum nigrum, rarius basi rufum. Elytra orbicularia, margine anguste reflexo; supra convexa, punctata, macula humerali, communi scutellari, 2 medii, 2 ultra medium, quarum suturalis communis, 1 apicis, suturæ subcontigua, nigris. Corpus subtus dense punctatum, nigrum; abdominis limbo et segmentorum apice, tibiis tarsisque rufis. Femora nigra, basi apiceque rufa. 3.

4 , conglobata.
5 , hieroglyphica.
6 , ocellata ;
cum varietate (C. 6-lineata F.)
7 , 14-guttata.
8 , 5-punctata.
9 , 7-punctata.
10 , 6-pustulata.
11 , 13-punctata.
12 , trifasciata.
et species dubia.

Addenda.

Byrrhus dorsalis.

Rynchites Betulæ.

Callichroma (Cerambyx) *thoracicum Fisch.* Entom. russ. II. pag. 236. Figuræ 3 Tab. XLVIII. simillimum, paullo tamen angustius, viridi-cœruleum. A C. thoracico caucasico æque differt, ac C. moschatum sibiricum ab europæo.

Clytus Ibex m. var. fascia anteriore in medio elytri interrupta.

Pachyta davurica m. var. elytris flavis, puncto disci, fasciola marginali ultra medium apiceque nigris.

Gebler.

DESCRIPTION

DE L'ELATER PARREYSII

ET

DE QUELQUES NOUVEAUX BUPRESTES

PAR CHRÉTIEN DE STEVEN.



DESCRIPTION

DE L'ELATER PARREYSII

ET

DE QUELQUES NOUVEAUX BUPRESTES,

PAR CHRÉTIEN DE STEVEN.

Le Nº 9 du Bulletin de la Société Impériale des Naturalistes de Moscou contient les phrases caractéristiques de quelques Insectes découverts l'année passée par Mr. Parreys et de plusieurs Buprestes de ma collection. En présentant actuellement les descriptions détaillées et les figures, j'ai cru à propos d'ajouter celles de quelques espèces dont une partie m'a été envoyée par Mr. Sovitz de Khoy dans l'Arménie persane. Cette contrée paraît être particulièrement riche en insectes de ce genre.

1. *Elater Parreysii.*

Tab. II. f. 1.

(Ore porrecto, fronte inæquali impressa). Niger, thorace præter puncta duo media maculamque posticam, elytris antice fere totis, postice maculis punctisque argenteo squamosis.

Maximus, $1\frac{1}{4}$ unciam longus, $\frac{3}{8}$ unciæ latus, El. fuscipede major, El. tomentoso Eschscholtz proximus. *Caput* aterrimum crebre punctatum rotundatum, fronte impressa, inter antennas angulata, emarginata, squamulis nigris dense tecta, punctis striolisque rarioribus e squamis argenteis. *Oculi* nitidissimi nigri parum prominuli. *Antennæ* serratæ thorace dimidio breviores, articulo primo subcylindrico, secundo globoso, tertio obconico apice compresso uno latere producto, his tribus crebre punctatis parum nitidulis; sequentibus obscuris trapezoideis basi attenuatis; ultimo ovato, ante apicem utrinque paullulum emarginato. Singulus articulus apice utrinque setulis duabus brevibus munitus, extimus itidem ante apicem duabus, in ipso vero apice tribus. *Thorax* paullo longior quam latus, antice valde emarginatus angulis acutis, lateribus anterius rotundatis, porsterius sinuatis in angulum triquetrum acutum abeuntibus, margine postico sinuato-emarginato; supra valde convexus et pulvinatus, carinulâ elevatâ versus scutellum, inter quam et angulos posticos profunde impressus; totus squamulis densissimis argenteis vestitus, paullo ante medium utrinque maculâ rotundâ, et ad marginem posticum fasciâ angulatâ in medio et ante angulos antice productâ, e squamulis atris; ipse tamen angulus argenteus. In medio thorace lineola tenuis impressa nigra. Thorax subtus aterrimus immaculatus, canaliculâ pro receptione antennarum leviter impressâ. *Scutellum* rotundatum inæquale grosse punctatum nigro-squamosum immaculatum, vel squamulis argenteis rarius adspersum. *Elytra* thorace vix latiora sed fere triplo longiora, posterius angustiora, modice convexa, basi pro scutello profunde impressa, apice obtusa; regulariter striata interstitiis ubi detrita creberrime punctatis; ad medium

usque argenteo-squamosa maculis irregularibus nigro-squamosis, pone medium nigra maculis argenteis. *Corpus* subtus nigro-squamulosum nitidulum, griseo irroratum. *Anus* niger creberrime ciliatus. *Pedes* nigri parum squamulosi tamen haud nitentes, unguibus piceis.

In Tauriæ montibus altioribus supra Alupkam, sub cortice Pini tauricæ emortuæ Junio aliquot specimina legit Dr. Parreys, iconemque ipse paravit.

2. *Buprestis setosa* St.

Tab. II. f. 2.

Exscutellata, tota albo-setosa cupreo-ænea, elytris sulcis quinque albo-tomentosis.

Ex Armeniâ persicâ misit D. Sovitz.

Habitus B. fascicularis sed adhuc major. *Caput* rugosum, postice violaceum, inter antennas viride densius et brevius pilosum, clypeo nigricante. *Oculi* nigri. *Antennæ* obscure cyaneæ longitudine thoracis, articulis evidenter duodecim, quorum primus globosus in cavitate frontis mobilis, superne processu frontis obtectus, secundus multoties major crassior obconicus, tertius minutus globosus, quartus oblongus subcylindricus apice nonnihil crassior, reliqui octo triangulares serrati, extimi pilis raris adspersi. *Thorax* longitudine fere duplo latior, antice angustior margine rectilineo, lateribus parum sinuatis, postice in angulum scutellarem productus utrinque sinuatus; dorso modice convexo valde rugoso et inæquali, lineâ mediâ elevatâ parum conspicuâ, fossulâ in apice impressâ; obscure violaceus parum nitidus, totus pilis erectis albis hispidus. *Scutellum* nullum. *Elytra* thorace ses-

quilatiora et fere quadruplo longiora, margine antico rotundato humeris prominulis, ante medium sinuata, postice sensim angustiora, apice obtusa; convexa, costis elevatis: primâ juxta suturam posterius evanescente, secundâ integrâ, tertiâ et quartâ ante apicem confluentibus, quintâ ante marginem exteriorem, sextâ denique marginali, singulâ e striis longitudinalibus rugosis irregularibus cupreo et violaceo nitentibus: costarum mediarum tribus, lateralium duabus; ipsa sutura antica depressa dein elevata, punctata, minus rugosa; sulci interjacentes quinque, extimus angustior, pilis brevibus adpressis flavescenti-canis. Præterea tota elytra pilis erectis albis, rarioribus quam in thorace, adspersa. *Corpus* subtus punctatum albo-pilosum, valde convexum unde forma insecti ovata. Pectus viridi, abdomen violaceo-micans. *Pedes* violacei grosse punctati, femora pilis erectis, tibiæ adpressis hispida; tarsi violacei lati, supra punctati et hispidi, plantis flavis. Ungues breviusculi validi fusci.

3. *Buprestis Sovitzii* St.

Tab. II. f. 3.

Exscutellata pubescens, virescenti-ænea, elytris sulcis quinque flavescente-tomentosis.

Ex Armeniâ persicâ misit D. Sovitz.

Statura et summa affinitas cum præcedente, sed diversa hispiditate præsertim elytrorum multo minore, his longioribus magis sinuatis unde forma oblongior, et colore virescente.

Caput exacte præcedentis sed minus rugosum. Antennæ fere nigræ articulo infimo vix e cotyla prominente. Oculi testacei. *Thorax* etiam formâ præcedentis, sed margo lateralis

postice magis sinuatus, unde angulus posticus acutior; supra minus rugosus lineâ elevatâ bene conspicuâ, viridi-æneus, violaceo micans, pilis depressis præsertim in fossulâ posticâ, et præterea totus pilis erectis villosus sed multo brevioribus et paullo densioribus quam in B. setosâ. *Elytra* thorace paullo latiora, quadruplo longiora, humeris et pone medium magis adhuc prominula, margine exteriore ante medium valde sinuato; costarum et sulcorum structura eadem, sed sulcus quartus valde sinuatus, et marginalis nonnihil latior; pubes depressa eadem sed pili erecti multo breviores et rariores, sæpe vix ulli. Color viridis, rarius violaceo micans. *Corpus* subtus multo minus pubescens, abdomen minus convexum, segmentis viridibus postice violaceis, macula laterali triangulari pubescente. *Pedes* præcedente paullo tenuiores, tibiis tantillum longioribus.

4. *Buprestis Globithorax* St.

Tab. II. f. 4.

Exscutellata thorace subgloboso virescenti-ænea breviter pubescens, elytris sulcis quatuor flavescente-tomentosis.

Ex Armeniâ persicâ cum prioribus. D. Sovitz.

Frutex humilis; rami adultiores fusci: annotini pubescentes. Folia ovata vel elliptica, acuta, nunc basi fere cordata nunc basi obtusiuscula, integerrima, demum præcipue intus subglabra, ciliata, subtus glauca et rugulosa venis reticulatis prominentibus, petiolata, semipollicaria vel paullo longiora, semipollice angustiora, margine interdum parum revoluta juniora intus subvillosa, subtus subtomentoso-villosa. Stipulas non vidi. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso semipollicari insidentia, coætanea; mascula non vidi, fœminea fere pollicaria, oblonga. Bracteæ fuscæ undique concolores, tomentoso-pubescentes. Ovaria sessilia, squamis demum triplo longiora, lanceolata, tomentoso-pubescentia juniora longitudine squamarum,

stylus basin usque bipartitus, squama brevior; stigmata bifida, tenuia. Nectarium integrum, basin capsulae superans.

Et foliorum forma, et facie inferiore rugoso-venosa, et foliis juventute subtus tomentoso-villosis, nec pilis adpressis lanatis instructis, tute a sequentibus duabus speciebus distinguitur.

4. *Salix glauca* Linn!

Salix ramis erectis junioribus et annotinis tomentosis, foliis ellipticis vel oblongis basin versus attenuatis apice rotundatis vel acutis subtus glaucis lævibusque demum subglabris ciliatis integerrimis junioribus lanato-sericeis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis albo-tomentoso-villosis subsessilibus, stylo basin usque bipartito, stigmatibus bifidis.

S. glauca Linn. Fl. Svec. ed. II. p. 350. Koch. Sal. europ. p. 55 (excl. syn. nonnull). Seringe Ess. p. 30 (excl. syn. S. Lappon.). Wahlenb. Fl. Lapp. p. 264 (excl. var. γ. Lapponum; cæterum stylus false quoque describitur). Spreng. Syst. veg. I. p. 105. (excl. syn. nonnull. hic quoque nullo omnino jure stigmata sessilia vocantur). Willd. Sp. pl. IV. p. 687.

S. appendiculata Fl. dan. Wahlenb. Fl. Lapp. p. 264. Koch. Sal. eur. p. 56. Willd. Sp. pl. IV. p. 690 (stigmata sessilia?). Sprl. Syst. veg. I. p. 105.

S. arenaria Fl. dan. Wahlenb. Fl. lapp. p. 264. Sprl. Syst. veg. I. p. 105. A clar. Willd. in Spec. pl. IV. p. 689 adnumeratur Salici arenariæ Linn.

Icones.

Wahlenb. Fl. lapp. Tab. XVI. f. 3 (mala). Tab. nostra V. (Explic. : a) folium, b) ramulus, c) amentum masculum, d et h) bractea, e) bractea cum staminibus glandulaque, f et g) bractea cum glandula, i) glandula, k) ovarium m. n., l) id. m. a, m. n. et o) glandulæ, p et q) bracteæ, r) stylus cum stigmatibus.

β. sericea: foliis quoque adultis utrinque sericeo-albidis.

S. sericea Vill. Koch. Sal. eur. p. 56. Ser. Ess. p. 31. Willd. Sp. IV. p. 688. Sprl. Syst. veg. I. p. 105.

Habitat in Lapponia, in alpibus Europæ; in montibus altaicis reperit eam celeber. Ledebourus.

Descriptionem fusiorem dedi in Ledeb. Flor. altaic.

5. *Salix macrocarpa* Ledeb.

Salix ramis prostratis: annotinis rarius quoque iis præteriti anni tomentosis, foliis oblongis basin versus attenuatis acuminatis subtus glaucis et lævibus integerrimis demum subglabris ciliatis junioribus pilis longis adpressis sericeis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis cinereo-tomentoso-pubescentibus breviter pedicellatis, stylo basin usque bipartito, stigmatibus bifidis.

Salix macrocarpa Ledeb. Fl. alt.

Icones:

Ledeb. Ic. pl. Fl. ross. alt. illust. Tab. 468.

Habitat in mont. altaic.

Differt a præcedente sequentibus :

Salix glauca :	*Salix macrocarpa* :
Frutex erectus, bipedalis et altior.	Frutex pedalis, prostratus, ramis adultioribus radicantibus.
Folia obtusa vel acutiuscula, diu et interdum semper pilos servant.	Folia majora, acuminata, juniora jam fere prorsus glabra.
Ovaria villo densissimo, longo, tomentoso, albo-flavicante tecta.	Ovaria pube brevi, tenui, cinerascente tecta.
Pedicellus fere nullus.	Pedicellus interdum fere longitudine nectarii.

Fusius plantam descripsi in Ledeb. *Fl. altaic.*

6. *Salix melanolepis* Ledeb.

Salix ramis annotinis lanato-pilosis, foliis oblongis utrinque attenuatis acuminatis subtus glaucis lævibus integerrimis demum subglabris ciliatis : junioribus pilis longis adpressis sericeis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis cinereo-sericeo-tomentosis breviter pedicellatis, stylo integro, stigmatibus bifidis.

S. melanolepis Ledeb. Fl. alt.

Icones:

Ledeb. Ic. pl. Fl. ross. alt. illust. Tab. 476.

Habitat in mont. altaic.

Differt a præcedente bracteis apice atris, stylo integro et germinis nitore ; cæterum quoad folia satis ei similis. Latius de hac specie locutus sum in Led. Fl. alt.

7. *Salix arctica*. R. Br.

Salis ramis annotinis pilis adspersis, foliis ellipticis utrinque attenuatis acutis integerrimis subtus glaucis subglabris ciliatis:

junioribus intus pubescentibus subtus pilis adpressis instructis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis tomentoso-villosis breviter pedicellatis, stylo apice bifido, stigmatibus bifidis.

Salix arctica R. Brown. in Rob. Brown verm bot. Schrft. I. p. 341, 405, 517. Koch. Sal. eur. p. 61. Sprl. Syst. veg. IV. 2. c. p. pag. 20.

Icones:

Tab. nostra VI (Explic.: a) pistillum m. n., b) bractea m. a., c) pistillum m. a.

Habitat ad sinum Baffin, in insula Melville etc.

Frutex humilis, depressus; rami juniores luteo-fusci, glabri: annotini pilis adspersi, virescentes. Folia elliptica, utrinque attenuata, obtusiuscula vel acuta, integerrima, margine interdum subrevoluta, subtus glauca vel glaucescentia, pollice minora, semipollice angustiora, petiolata, demum subglabra, ciliata: juniora intus pubescentia, subtus pilis longis albis adpressis instructa; petiolus circiter lineas duas longus, demum subglaber, eglandulosus. Stipulas non vidi. Amenta e gemma laterali, ramulo longo folioso insidentia, coætanea; mascula non vidi; fœminea cylindrica, pollice minora. Bracteæ ellipticæ vel obovatæ, apice rotundatæ vel emarginatæ, fuscæ, apice atræ, pilis albis longiusculis instructæ. Ovaria ovato-oblonga, albo-tomentoso-villosa, squamis duplo longiora, breviter pedicellata, conferta, pedicellus nectario brevior, pilis tectus; stylus squama parum brevior, apice bifidus, laciniis patentissimis; stigmata duo bifida, recta. Glandula truncata, integra, basin ovarii superans.

A præcedente specie stylo apice bifido optime distinguitur. Descripsi et delineavi plantam secundum exemplar ex herbario Treviraniano.

8. *Salix callicarpæa* Trautv.

Salix ramis annotinis pubescentibus, foliis nunc ellipticis nunc ovatis acutis basi obtusis integerrimis subglabris ciliatis subtus glaucis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis tomentoso pubescentibus breviter pedicellatis, stylo apice bifido, stigmatibus bifidis.

Icones.

Tab. nostra VII (Explic.: a) capsula m. n., b) ovarium m. n., c) bractea, d) petiolus cum stipulis m. n., e) stipula m. a., f) stylus cum stigmatibus m. a., g et h) idem m. a.

Habitat in Labrador.

Frutex humilis; rami juniores fusci: annotini pubescentes. Folia elliptica vel ovata, acuta vel rarius obtusa acumine, basi obtusa vel rotundata rarius parum basin versus attenuata, integerrima, margine revoluta, demum subglabra, ciliata, subtus saturate glauca opaca, intus viridia, subtus lævia venis parum prominentibus, petiolata, pollice minora, semipollicem circiter lata; petiolus lineas circiter duas longus, pubescens. Stipulæ ovatæ, acutæ, petiolo multiplo breviores, sæpius pilorum fasciculo exprimuntur. Amenta e gemma laterali, ramulo longo folioso insidentia; mascula non vidi; fœminea pollice minora, elliptica. Bracteæ læte fuscæ, concolores, ellipticæ, obtusæ vel emarginatæ, pubescentes. Ovaria duplo demum triplo bracteis longiora, tomentoso-pubescentia pube demum cinerascente, breviter pedicellata; pedicellus nectarium fere æquans, pilis

vestitus: stylus longitudine bracteæ, subinteger vel apice bifidus vel profundius quoque divisus, laciniis rectis; stigmata bifida. Nectarium integrum.

Hanc sub nomine S. arcticæ R. Br. in Herbario E. Meyeri vidi, ab hac vero diversa est et bracteis fuscis pubescentibus, nec villosis apice atris, porro pube cinerea germinum, structura styli, foliisque basi obtusis vel rotundatis nec in petiolum attenuatis. Delineavi et descripsi plantam secundum exemplaria supra memorata clar. E. Meyeri.

A. S. pyrenaica Gouan. recedit Sal. callicarpaea mihi foliis subtus lævibus, cum venæ primæ ordinis modo promineant, equidem paullum tantum, ita ut in nonnullis fere prorsus non conspiciantur, tunc quoque stylo subintegro vel medium usque bifido, nec tam profunde partito uti in S. pyrenaica observatur. Cæterum valde affines sunt.

9. *Salix elæagnoides* Schleich.

Salix ramis annotinis pubescentibus, foliis nunc ellipticis nunc oblongis utrinque obtusis integerrimis demum subglabris ciliatis subtus glaucis vel glaucescentibus, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis luteis apice fuscis, ovariis albo-villosis sessilibus, stylo integro, stigmatibus bifidis.

S. elæagnoides Schleich. pl. exsicc. Ser. Ess. p. 91.
S. glauca Koch. Sal. eur. p. 56 partim. Ser. Ess. partim.
S. buxifolia Schleich. pl. exsicc.
S. nivea var. concolor. Ser. Ess. p. 51.
S. albida Schleich. pl. exsicc. (? ovaria non vidi, cæterum folia acuta).

Icones:

Tab. nostra VIII (Explic: Fig. A. ramulus Sal. elæagnoidis Schleich. pl. exsicc. a stamina m. n., b) bractea cum glandula et staminibus m. n., c) stamina m. n., d et e) bractea, f) bractea cum glandula. — Fig. B. ramulus S. buxifoliæ Schleich. pl. exsicc. a) bractea cum pistillo et nectario m. n., b) stylus cum stigmatibus m. a. c) bractea cum glandula d) bractea.

Habitat in Helvetia.

Frutex; rami juniores fusci: annotini pubescentes. Folia elliptica vel oblonga, utrinque attenuata et obtusa, integerrima, petiolata, margine parum revoluta, demum subglabra, ciliata, subtus glauca vel glaucescentia vel pallidiora, pollice minora vel pollicaria, unguem lata: juniora pilis adpressis albis instructa. Stipulæ desiderantur. Amenta e gemma laterali, ramulo mediocri folioso insidentia; mascula semipollicaria, elliptica; fœminea longiora, oblonga. Bracteæ læte luteæ, apice macula fusca instructæ, pubescentes vel breviter pilosæ, ita ut color bractearum optime pelluceat, oblongæ vel ellipticæ vel orbiculatæ, obtusæ aut emarginatæ. Stamina cuique bracteæ masculæ duo, bracteis duplo longiora; filamenta libera vel connata; antheræ luteæ. Ovaria albo-villosa, bracteis duplo longiora, sessilia, ovato-oblonga; stylus integer, longitudine bracteæ; stigmata duo, bifida, recurva.

Sal. elæagnoides Schleich. bracteis pulcherrimis, læte luteis, apice macula fusca notatis inter cæteras excellit.

10. *Salix ovata* Ser.

Salix ramis annotinis pubescentibus, foliis ellipticis vel suborbiculatis utrinque rotundatis obsolete serrulatis demum

subglabris ciliatis subtus glaucescentibus, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis læte fuscis apice saturate fuscis, ovariis tomentoso-pubescentibus sessilibus, stylo apice bifido, stigmatibus bifidis.

S. ovata. Ser. Ess. p. 92.

Icones:

Ser. Ess. Tab. II.

Habitat in Helvetia.

Frutex 1—2 pedalis; rami juniores fusci: annotini pubescentes. Folia elliptica, juniora et in ramis inferiora suborbiculata, utrinque rotundata, medio obsolete serrulata, petiolata, margine haud revoluta, demum subglabra, ciliata, subtus glaucescentia vel pallidiora tantum, semipollicaria et paullo majora semipollicem lata vel paullo angustiora: juniora pilis longis albis adpressis tecta. Stipulæ parvæ, serratæ, ovatæ, sæpe desunt. Amenta e gemma laterali, ramulo mediocri folioso interdum stipulato insidentia; mascula non vidi; fœminea semipollicaria, cylindrica. Bracteæ læte fuscæ, apice saturatius fuscæ, pubescentes, ellipticæ vel orbiculatæ, obtusæ. Ovaria albo-tomentoso-pubescentia, lanceolata, brevissime pedicellata, bracteis duplo longiora; stylus bractea brevior, apice bifidus, raro integer; stigmata bifida, crassiuscula.

Salix ovata Ser. recedit a præcedente bracteis fuscis, stylo apice bifido, foliisque latioribus serrulatisque. Salix callicarpæa Trautv. vero diversa a S. ovata foliis acutis, subovatis, integerrimis, margine revolutis.

11. *Salix cordifolia* Pursh.

Salix ramis annotinis glabris, foliis ellipticis utrinque rotundatis mucronatis integerrimis subtus glaucis demum glabris ci-

liatis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis læte fuscis apice saturatius fuscis, ovariis tomentoso-pubescentibus breviter pedicellatis, stylo bifido, stigmatibus bifidis.

S. cordifolia Pursh. Flor. Amer. septentr. II. p. 611. Sprengel. Syst. veg. I. p. 107.

Icones:

Tab. nostra IX (Explic: a) pistillum cum squama m. n., b) idem m. a., c) petiolus cum stipulis m. a.

Habitat in Labrador.

Frutex humilis; rami juniores fusci, glabri; annotini glabri, virescentes. Folia elliptica, utrinque rotundata, apice mucronata, integerrima, margine haud revoluta, subtus glauca, pollice minora, semipollicem lata angustiorave, petiolata, demum glabra, pilis mollibus ciliata: juniora pilis adpressis vestita; petiolus lineam vel sesquilineam longus, glaber, eglandulosus. Stipulæ ovatæ, acutæ, glabræ, petiolo multiplo breviores, glanduloso-denticulatæ. Amenta e gemma laterali, ramulo mediocri folioso stipulato insidentia, coætanea; mascula haud vidi, fœminea cylindrica, gracilia, pollice minora. Bracteæ ellipticæ, obtusæ vel subemarginatæ, læte fuscæ, apice obscure fuscæ, extus pubescentes, margine breviter ciliatæ. Ovaria ovato-oblonga, albo-tomentoso-pubescentia, squamis sesqui-longiora, breviter pedicellata, remotiuscule disposita; pedicellus nectario brevior, pubescens; stylus elongatus, longitudine ovarii, gracilis, medium usque bifidus; stigmata duo capillaria, sæpe revoluta. Nectarium integrum, truncatum, basin ovarii superans.

Species et longitudine et gracilitate eximia styli excellens. Præcedenti speciei satis similis, differt tamen ab ea stylo duplo longiore multoque graciliore, stigmatibus multo tenuioribus et

foliis mucronatis integerrimisque. Delineavi et descripsi S. cordifoliam secundum exemplar a celeb. L. C. Treviraно clariss. Ledebouro communicatum.

12. *Salix Jacquinii* Host.

Salix ramis annotinis pubescentibus, foliis membranaceis deciduis ellipticis utrinque vel tantum basin versus attenuatis acutis vel obtusiusculis integerrimis utrinque concoloribus et lucidis demum glabris ciliatis reticulato-venosis venis subtus tantum prominentibus, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis tomentoso-pubescentibus demum subglabris brevissime pedicellatis, stylo bifido, stigmatibus bifidis.

S. Jacquinii Host. Koch. Sal. eur. p. 61.
S. Jacquiniana Willd. Sp. pl.
S. arbutifolia Ser. Ess. p. 44 partim.
S. Myrsinites Sprl. Syst. veg. I. p. 105 partim.

Icones:

Guimpel Abbild. d. Holz. 2. tab. 181. (Ramulus d ad S. Myrsinitidem pertinere mihi videtur).

Habitat in alpib. Europæ.

Frutex humilis; ramis junioribus fuscis: annotinis pubescentibus. Folia elliptica, utrinque attenuata, utrinque acuta, vel præcipue basin versus attenuata et tunc obtusa, integerrima, vel raro folia nonnulla adultiora basin versus subserrulata in eodem fructice cum foliis integerrimis, plana, margine haud revoluta, utrinque concolora lucida, semipollicaria vel paullo

longiora vel minora lineas 3 — 4 longa, lineam vel lineas 2—3—5 lata, breviter petiolata, demum subglabra vel glabra, margine pilis mollibus ciliata, reticulato-venosa, venis subtus tantum prominentibus marginem versus currentibus, membranacea, quotannis decidua: juniora pilis longis adpressis albis vestita. Stipulæ ellipticæ, acutæ vel acuminatæ, integerrimæ, glabræ, circiter longitudine petioli, sæpe desunt. Amenta e gemma laterali, ramulo mediocri folioso insidentia; mascula non vidi; fœminea unguicularia, elliptica, vel pollice minora oblonga. Bracteæ fuscæ, apice atræ vel subatræ, ovatæ vel ellipticæ, obtusæ aut acutæ, longe lanato-pilosæ. Ovaria ovato-lanceolata, tomentoso-pubescentia, brevissime pedicellata, bracteis paullo longiora, conferta; stylus integer, bracteis brevior; stigmata bifida, crassiuscula. Capsulæ subglabræ, fuscæ. Nectarium integrum, basin ovarii superans.

Differt a Sal. Myrsinitide Lin. foliis plerumque integerrimis et raro tantum nonnullis obsolete-serrulatis equidem adultioribus, cum S. Myrsinites folia juniora jam evidenter serrata possideat. Ab omnibus præcedentibus speciebus vero foliis utrinque lucidis concoloribus recedit.

13. *Salix buxifolia* Trev. Herb.

Salix ramis annotinis glabris, foliis coriaceis persistentibus ellipticis in petiolum attenuatis obtusiusculis vel conduplicato-acutis integerrimis utrinque concoloribus lucidis demum glabris ciliatis, tri-quadrupli-nerviis nervis utrinque prominentibus, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis albo-villosis sessilibus, stylis integris, stigmatibus bifidis.

S. buxifolia caule repente, foliis ellipticis lineatis nitidis: junioribus villosis, germinibus sericeis, stylo abbreviato. Trev. Herb.

Icones:

Tab. nostra X (Explic.: a) ramus amento fœmineo, b) ovarium m. n., c.) idem. m. a., d et e) stylus cum stigmatibus m. a., f) capsula m. n., g) nectarium cum basi capsulæ m. a., h) amentum masculum, i) bractea cum staminibus m. a., k) squama cum nectario.

Habitat in insula St. Laurent.

Frutex humilis, repens; rami fusci: annotini glabri, lutei. Folia elliptica, basin versus in petiolum attenuata, semper integerrima, obtusiuscula vel conduplicato-acuta, utrinque lucida concolora, plana nec margine revoluta, unguicularia vel semipollicaria, lineas 2 vel 3 lata, demum glabra, ciliata, petiolata, tri-quadruplinervia, venis utrinque prominentibus apicem versus currentibus margini subparallelis, coriacea, persistentia, i. e. anno primo haud articulis solvuntur, sed marcescunt, fusca evadunt, quo statu per secundum annum plantæ adhærent, tertio vero foliorum parenchyma evanescit reteque venosum cancellatum foliorum plures adhuc annos persistit: folia juniora pilis longis albis adpressis induta. Stipulas non vidi. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso mediocri insidentia, videntur serotina; mascula semipollicaria elliptica; fœminea parum longiora, oblonga. Squamæ fuscæ, apice atræ, obtusæ vel emarginatæ, ellipticæ aut orbiculatæ, longe pilosæ. Stamina cuique bracteæ duo; filamenta bracteis triplo longiora, libera; antheræ defloratæ fuscæ. Ovaria albo-to-

mentoso-villosa, bracteis parum longiora, sessilia, conferta; stylus bractea brevior, integer; stigmata integra vel emarginata vel bifida, crassiuscula. Capsulæ fuscæ, glabratæ. Nectarium integrum, basin capsulæ superans.

Differt a præcedente ramis annotinis glabris, foliis semper integerrimis coriaceis persistentibus tri-quadruplinerviis nervis utrinque prominentibus nec reticulato-venosis venis subtus tantum prominentibus. Species foliis edurantibus notabilis.

14. *Salix retusa* Linn!

Salix ramis annotinis glabris, foliis ellipticis basin versus attenuatis retusis vel acutiusculis obtusisve integerrimis utrinque concoloribus glaberrimis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis glabris pedicellatis, stylo brevissimo integro vel bifido, stigmatibus bifidis.

S. retusa Linn. Koch. Sal. eur. p. 62. Ser. Ess. p. 84. Willd. Sp. pl. IV. p. 684. Sprl. Syst. veg. I. p. 101. Pall. Fl. ross. T. I. p. 2. pag. 168.

Icones.

Guimp. Abbild. d. Holz. 2. T. 176.

β. serpyllifolia: foliis oblongis acutiusculis basin versus attenuatis lineas 3 vel 4 longis lineam circiter latis integerrimis, amentis paucifloris.

S. serpyllifolia Willd. Sp. pl. IV. p. 684.

Icones:

Guimp. Abbild. d. Holz. 2. T. 177.

γ. Kitaibeliana: foliis oblongis utrinque attenuatis acutis

pollicaribus lineas 3 v. 4 v. 5 latis basin versus interdum serrulatis, amentis multifloris.

S. Kitaibeliana Willd. Sp. pl. IV. p. 683.

Habitat in alpib. Europ. med.

Frutex humilis, depressus; rami adultiores cinereo-fusci: juniores luteo-fusci vel saturate fusci vel etiam rosaceo-fusci: annotini virescentes, glabri. Folia elliptica, basin versus attenuata, nunc retusa nunc acutiuscula obtusave, integerrima, concolora, semipollice plerumque minora, lineas duas aut tres lata, brevissime petiolata, glaberrima. Stipulas non vidi. Amenta e gemmis lateralibus, ramulo folioso gemmifero insidentia, coætanea; mascula unguicularia vel minora, ovata vel elliptica; fœminea pauciflora, ungue breviora, subovata. Bracteæ ellipticæ, emarginatæ, glabræ, fuscæ, concolores. Stamina cuique bracteæ duo, bracteis sesquilongiora; filamenta libera, antheræ defloratæ fuscæ. Ovaria glabra, ovato-oblonga, circiter lineam longa, pedicellata, demum obtusiuscula, basi rotundata, bracteis duplo vel demum fere triplo longiora; pedicellus nectario parum longior; stylus brevissimus, integer aut apice bifidus; stigmata bifida. Nectarium integrum, truncatum, incrassatum.

Amenta procul dubio e gemma laterali, uti icones supra citatæ quoque optime demonstrant, nec e gemma terminali prodeunt, quod celeber. Koch putare mihi videtur.

15. *Salix rotundifolia* Trautv.

Salix ramis annotinis glabris, foliis orbiculatis emarginatis subtus pallidioribus integerrimis subglabris, amentis in ra-

mulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis glabris brevissime pedicellatis, stylo integro, stigmatibus bifidis.

S. retusæ L. var. rotundifolia Trev. Herb.

Icones:

Tab. nostra XI. (Explic.: a) bractea, b) pistillum m. n., c) stylus cum stigmatibus m. a., d) germen cum bractea et glandula m. n., e) ramulus cum amento.

Habitat in insula St. Laurent.

Frutex humifusus, repens; rami adultiores tenues, fusci, prostrati, radicantes: rami præteriti anni et annotini adscendentes, ita ut planta pollicarem altitudinem adsequatur. Folia orbiculata, emarginata, venis utrinque prominentibus, subtus subpallidiora, integerrima, glabra, interdum subciliata, lineas 3 — 4 — 5 longa, 3 — 4 — 5 lineas lata, breviter petiolata. Stipulas non vidi. Amenta coætanea, e gemma laterali, ramulo folioso gemmifero insidentia; mascula non vidi; fœminea pauciflora, ovata. Bracteæ ellipticæ vel obovatæ, obtusæ, breviter ciliatæ, fuscæ, concolores. Ovaria ovato-lanceolata, brevissime pedicellata, glabra, bracteis duplo vel triplo longiora; stylus longitudine squamæ, integer; stigmata bifida, crassiuscula. Nectarium basin capsulæ superans, integrum, truncatum, cylindricum.

A præcedente specie recedit foliorum forma, pedicello ovarii brevissimo, stylo longiore. Salicis retusæ varietates formas foliorum magis prolongatas ac in forma vulgari extendunt, nec unquam in formam orbiculatam abeunt.

16. *Salix cæsia* Vill.

Salix ramis annotinis mox glaberrimis, foliis oblongis vel ellipticis acutis integerrimis glaberrimis subtus glaucis, amentis

in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis læte fuscis, ovariis sericeis sessilibus, stylo integro, stigmatibus emarginatis integrisve.

S. cæsia Vill. Koch. Sal. europ. p. 59.

S. myrtilloides Willd. Sp. pl. IV. p. 686.

S. prostrata Ehrh. Ser. Ess. p. 25. Spr. Syst. veg. I. p. 106.

Icones:

Tab. nostra XII. (Explic.: a) pistillum m. n., b) idem m. a., c) nectarium cum bractea, d) stylus cum stigmatibus, e) bractea cum staminibus.

Habitat in Gall. austr., Helvetia, in mont. Altaic.

Latius plantam descripsi in Ledeb. Fl. alt.

17. *Salix ovalifolia* Trautv.

Salix ramis annotinis mox glabris, foliis ellipticis utrinque obtusis subtus glaucis vel pallidioribus integerrimis demum glabris subciliatis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis glabris subsessilibus, stylo integro brevi, stigmatibus integris patentibus.

Icones:

Tab. nostra XIII. (Explic.: a) pistillum immaturum m. n., b) idem m. a., c) pistillum maturum m. n.

Habitat ad Cap. Espenberg.

Frutex humilis; rami adultiores fusci: annotini primum pilis induti, demum glabri. Folia elliptica, utrinque obtusa, integerrima, margine interdum revoluta, subtus juventute glauca, demum pallidiora, reticulato-venosa, pollice minora vel ungui-

cularia, unguem circiter lata, petiolata, demum glaberrima aut margine subciliata: juniora pilis longis adpressis instructa. Stipulas non vidi. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso mediocri insidentia, coætanea vel subserotina; mascula non vidi, fœminea semipollicaria, elliptica. Bracteæ ellipticæ, obtusæ, fuscæ, concolores, pilosæ. Ovaria oblongo-lanceolata, bracteis triplo vel quadruplo longiora, glabra, conferta, subsessilia, pedicellus nectario brevior vel ejus longitudine; stylus integer, brevis aut brevissimus; stigmata integra, patentia. Nectarium integrum, basin capsulæ sæpe superans.

Species ad S. myrtilloidem Lin. prope accedens; diversa autem posterior a nostra pedicello germinis nectarium quater vel pluries superante.

18. *Salix diplodictya* Trautv.

Salix ramis annotinis mox glabris, foliis ellipticis utrinque obtusis vel basin versus parum attenuatis integerrimis subconcoloribus utrinque lucidis et reticulato-venosis venis utrinque prominentibus demum glabris ciliatis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis sessilibus tomentoso-sericeis, stylo apice bifido, stigmatibus bifidis.

Icones:

Tab. nostra XIV. (Explic: a) folium cum stipulis et gemma, b) pistillum m. n., c) bractea.

Habitat in insula St. Laurent.

Frutex humilis; rami juniores fusci: annotini mox glabri. Folia elliptica, obtusa, basi obtusa vel parum angustata, integerrima, plana aut margine paullum revoluta, subtus pallidiora nec glauca nec glaucescentia, utrinque lucida, pulchre utrinque

reticulato-venosa, venis utrinque prominentibus, pollicaria minorave, unguem aut semiunciam lata, petiolata, demum glabra, ciliata; petiolus lineas 3 vel 4 longus. Stipulæ ellipticæ, obtusæ, petiolo multiplo minores, sæpe desunt. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso longissimo insidentia, ut videtur serotina; mascula non vidi; fœminea fere pollicaria, oblonga. Bracteæ ellipticæ, obtusæ, fuscæ, apice atræ, longe pilosæ. Ovaria lanceolata, cinereo-tomentoso-sericea, bracteis fere triplo longiora, sessilia, conferta; stylus gracilis, apice bifidus, longitudine squamæ; stigmata bifida, gracilia. Nectarium integrum, basin capsulæ superans, truncatum.

19. *Salix crassijulis* Trev. Herb.

Salix ramis annotinis mox glabris, foliis obovatis apice rotundatis vel conduplicato-acutis basin versus longe in petiolum attenuatis integerrimis subtus glaucescentibus et opacis demum subglabris ciliatis: junioribus pilis adpressis longis instructis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis sessilibus tomentoso-pubescentibus, stylo bifido integrove, stigmatibus bifidis.

Icones:

Tab. nostra XV. (Explic: A) amentum masculum: a et b) bractea, c) bractea cum staminibus m. n., d) bractea cum nectario, e et f) stylus cum stigmatibus m. a., g) bractea, h) pistillum m. n., B) Folium cum stipulis.

Habitat ad sinum St. Laurent.

Frutex humilis, semipedalis; rami adulti radicantes: juniores adscendentes, saturate fusci: annotini primum pubescentes, mox glabri. Folia obovata, apice rotundata vel condu-

plicato acuta, basin versus longissime in petiolum attenuata, integerrima, plana vel margine parum revoluta, subtus glaucescentia opaca vel demum pallidiora, venis subtus tantum prominentibus, pollicaria vel fere sesquipollicaria, semipollicem vel etiam pollicem fere lata, longe petiolata, demum subglabra, ciliata: juniora pilis longis adpressis induta; petiolus unguicularis vel pollicaris. Stipulæ ellipticæ, serrulatæ, petiolo multiplo breviores. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso, sæpe bipollicari insidentia, subserotina; mascula semipollicaria, oblonga; fœminea pollice longiora, cylindrica, demum fere bipollicaria. Bracteæ fuscæ, apice atræ, longe pilosæ, ellipticæ. Stamina cuique bracteæ duo; filamenta bracteis duplo et ultra longiora, libera, antheræ defloratæ fuscæ. Ovaria dense albo-tomentoso-pubescentia, sessilia, bracteis sesquilongiora, stylus in uno eodemque amento nunc apice bifidus nunc integer, gracilis, bractea brevior; stigmata duo, bifida. Capsulæ pubescentes, bracteis triplo vel fere quadruplo longiores, fuscæ. Nectarium integrum, truncatum, basin ovarii longe superans.

A præcedente recedit foliis subtus glaucescentibus opacis, obovatis, basin versus longissime attenuatis, venis subtus tantum prominentibus.

20. *Salix torulosa* Ledeb.

Salix ramis annotinis subglabris, foliis obovatis vel ellipticis basin versus parum attenuatis acutiusculis vel obtusis integerrimis subtus glaucis subglabris ciliatis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis tomentoso-villosis sessilibus, stylo integro, stigmatibus bifidis emarginatisve.

S. torulosa Ledeb. Flor. altaic.

Icones:

Ledeb. Ic. pl. Fl. ross. alt. illust. Tab. 460.

Habitat in montibus Altaic.; ex Unalaschka eam retulit Eschscholtz celebrr.

Differt a præcedente stylo semper integro, foliis basin versus parum tantum attenuatis, subtus glaucis, ramulis floriferis multo brevioribus, circiter semipollicaribus, ramis adultis rosaceo-fuscis, junioribus luteofuscis vel flavis. Species revera colore pulcherrimo ramorum valde excellens. Latius hac de specie locutus sum in Ledeb. Fl. altaic.

21. *Salix prunifolia* Smith.

Salix ramis annotinis tenuissime pubescentibus mox glabris, foliis ovatis vel ellipticis obtusis acutis aut aut acuminatis basi rotundatis aut basin versus attenuatis argute glanduloso-serratis subtus glaucis demum subglabris vel glabris, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis fuscis, ovariis sericeis sessilibus, stylo integro, stigmatibus integris vel bifidis.

S. prunifolia Sm. Fl. Britt. III. p. 1054. Koch. Sal. eur. p. 56. Ser. Ess. p. 49. Willd. Spec. pl. IV. p. 677. Spreng. Syst. veg. I. p. 105.

S. venulosa Sm. Fl. Britt. III. p. 1055.

S. carinata Sm. Fl. Britt. III. p. 1055. Willd. Sp. pl. IV. p. 680.

S. fœtida Schleich.

S. thymelaeoides Schleich pl. exsicc.

S. Myrsinites Sprl. Syst. veg. I. p. 105 partim.

β. Salix spuria: foliis subtus semper sericeis obtuse serratis demum ovatis, bracteis apice obscurius fuscis, stylis integris, stigmatibus bifidis. (Folia adultiora cum jam junioribus glabriosa et amenta cum structura sua omnino iis S. prunifoliæ Sm. respondeant, suadent ut pro S. prunifoliæ varietate sumatur).

S. spuria Schleich. pl. exsicc.

Icones:

Tab. nostra XVI. (Explic.: a et k) folia varietatis, nempe S. spuriæ, b et i) folia S. prunifoliæ veræ, c) stylus cum stigmatibus m. a., d) pistillum m. n., e) id. m. a., f) bractea cum nectario, g) capsula, h) stylus cum stigmatibus m. a. Habitat in alpibus Helveticis et Scoticis.

Frutex humilis; rami adultiores rosaceo fusci vel fusci, glabri: annotini subpubescentes. Folia nunc ovata acuta vel acuminata basi rotundata, nunc elliptica utrinque attenuata, cæterum semper ubique acute glanduloso-serrata, intus viridia glabra, subtus glauca demum subglabra pilis rarissimis persistentibus, pollice minora vel semipollicaria, lineas circiter 3 lata, petiolata, venis plerumque utrinque prominentibus: juniora subtus sericea; petiolus lineam longus, subpubescens. Stipulæ ovatæ, glanduloso-serratæ, subsericeæ, petiolo breviores, sæpe desunt. Amenta coætanea, e gemma laterali, ramulo folioso mediocri insidentia; mascula non vidi; fœminea pollice minora, cylindrica: juniora semipollicaria, oblonga. Bracteæ fuscæ, concolores, pilis longis instructæ, ellipticæ, obtusæ vel acutæ. Ovaria ovata, sericea, brevissime pedicellata, primum bracteis duplo demum triplo vel quadruplo longiora; stylus longitudine bracteæ, integer;

stigmata duo, crassa, integra vel bifida. Glandula basin capsulæ superans, truncata.

22. *Salix Waldsteiniana* Willd.

Salix ramis annotinis glabris vel subpubescentibus, foliis ellipticis obtusis vel acutis vel subacuminatis basi rotundatis vel acutis medio remote et sæpe obtuse serratis subtus glaucis demum glabris, amentis in ramulo laterali folioso terminalibus, bracteis fuscis apice sæpe obscurioribus subatris, ovariis sericeis sessilibus, stylo bifido vel fere bipartito, stigmatibus bifidis.

S. Waldsteiniana Willd. Sp. pl. IV. p. 679. Koch. Sal. europ. p. 57.

S. Myrsinites Spreng. Syst. veg. I. p. 105 partim.

S. formosa Willd. Sp. pl. IV. p. 680.

Icones:

Tab. nostra XVII. (Explic.: a) ramus cum amento fœmineo, b) pistillum m. n., c) squama cum glandula m. a., d et e) stylus cum stigmatibus).

Habitat in alpibus Tyroliæ, Carinthiæ, Salisburgi.

Frutex; rami juniores fusci: annotini glabri vel subpubescentes. Folia elliptica, utrinque obtusa, vel utrinque attenuata acuta vel subacuminata vel basi obtusa apice acuta vel subacuminata, vel demum apice obtusa vel acutiuscula basin versus attenuata, subtus glauca, medio obtuse rarius acutiuscule serrata, basi apiceque integerrima, pollice minora vel etiam fere sesquipollicaria, semipollice latiora vel unguem lata, demum glaberrima petiolata: juniora pilis adpressis vestita. Stipulæ ovato-ellipticæ, glanduloso-serratæ, petiolo

breviores. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso mediocri insidentia, coætanea; mascula non vidi; fœminea circiter pollicaria, cylindrica, gracilia. Bracteæ ovatæ vel ellipticæ, fuscæ, apice interdum subatræ, longe pilosæ. Ovaria sessilia, sericea, demum squamis duplo longiora; stylus elongatus, gracilis, medium usque vel profundius bifidus; stigmata brevissima, globosa vel bifida. Nectarium basin capsulæ superans.

Differt a præcedente foliis medio tantum obtuse serratis, præcipue vero stylo bifido.

23. *Salix rectijulis* Ledeb.

Salix ramis annotinis primum lanatis, mox vero glabris, foliis obovatis vel ellipticis basin versus attenuatis argute glanduloso-serratis margine parum revolutis acutis vel obtusis utrinque lucidis subconcoloribus venis subtus prominentibus glaberrimis vel subciliatis: junioribus ciliatis subpubescentibus subtus glaucescentibus opacis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis juventute sericeo-pubescentibus mox subglabris breviter pedicellatis, stylo integro vel subbifido, stigmatibus bifidis.

S. rectijulis Ledeb. Fl. altaic.

S. arbutifolia Pall. Fl. ross. I. p. II. pag. 158?.

Icones:

Ledeb. Ic. pl. Fl. ross. altaic. illust. Tab. 455.

β. integrifolia: foliis integerrimis et basi subserrulatis, stylis bifidis.

Lebed. Fl. alt. Icon. in ead. tab. cum priore.

Habitat in mont. Altaic., ex insula St. Laurent, retulere eam celeberr. Eschscholtz et Chamisso.

Exemplaria ex insula St. Laurentii differunt foliis minoribus, cæterum omnino cum altaicis congruunt. Latius disserui hac de specie in Led. Fl. altaic. Salix prunifolia Sm. distinguitur optime a S. rectijuli Led. bracteis fuscis concoloribus. A Salice Waldsteiniana Willd. differt foliis demum concoloribus utrinque lucidis argute glanduloso-serratis, stylis sæpe integris; et var. β ab hac differt foliis omnino integerrimis vel basi glanduloso-serratis nec medio nec obtuse serratis.

24. *Salix Myrsinites* Linn!

Salix ramis junioribus pubescentibus, foliis ellipticis acutis glanduloso-serratis planis vel margine parum revolutis semper utrinque lucidis semper concoloribus sæpe utrinque reticulato-venosis: junioribus pilis adpressis mox deciduis instructis, amentis in ramulo folioso laterali terminalibus, bracteis apice atris, ovariis tomentoso-pubescentibus sessilibus, stylo integro, stigmatibus bifidis.

S. Myrsinites Linn. Flor. suec. Ed. II. p. 348. Koch. Sal. eur. p. 60. Wahlenb. Fl. lapp. p. 262. Willd. Sp. pl. IV. p. 678. Sprgl. Syst. veg. I. p. 105 partim.

S. arbutifolia Ser. Ess. partim. Willd. Sp. pl. IV. p. 682?

Icones:

Tab. nostra XVIII. (Explic.: a) petiolus cum stipulis, b) capsula m. n., c) stylus cum stigmatibus m. a., d) pistillum m. n., e) id. m. a., f) folium magnitudine excellens cum stipulis, g) pistillum glabrum (varietas?) h), ejusdem varietatis stylus cum stigmatibus, i) varietatis pilosæ folium.

Variat nunc germinibus junioribus quoque glabris, nunc foliis semper pilosis (S. pilosa Schleich. pl. exsicc.).

Habitat in alpibus Lapponiæ, Scotiæ, Helvetiæ, Italiæ, Galliæ.

Frutex humilis; rami juniores fusci: annotini pubescentes. Folia elliptica, acuta, glanduloso-serrata, margine interdum revoluta vel plana, utrinque semper lucida, semper utrinque concolora, plerumque unguicularia, rarius semipollice longiora, plerumque lineas duas vel tres lata, rarius latiora, breviter petiolata, demum glabra, utrinque reticulato-venosa: juniora pilis adpressis mox deciduis instructa. Stipulæ cuneatæ tridentatæ, vel rarius ellipticæ serratæ. Amenta e gemma laterali, ramulo folioso stipulato mediocri insidentia, coætanea; mascula non vidi; fœminea demum circiter pollicaria, cylindrica: primum unguicularia, elliptica. Bracteæ fuscæ, apice atræ, breviter pilosæ. Ovaria cinereo-tomentoso-pubescentia, ovata, sessilia, squamis duplo vel triplo longiora; stylus integer, squama brevior; stigmata duo, bifida. Capsulæ sæpius glabratæ, fuscæ. Nectarium basin capsulæ longe superans.

Differt a præcedente foliis plerumque triplo minoribus, semper utrinque concoloribus, sæpe utrinque reticulato-venosis, amentis duplo brevioribus, stylis semper integris. Koch cel. S. Myrsinitidi antheras violaceas tribuit, S. rectijulis vero antheras luteas possidet.

25. *Salix desertorum* Richards (*Non vidi*).

Foliis ovalibus integerrimis, subtus glaucis deciduo? - villosis venosis, germinibus sessilibus longitudine squamarum tomentosis, stigmatibus sessilibus bifidis (R. Br.) Rob. Brown's

verm bot. Schrift. ed. N. ab Esenb. I. p. 509. Sprl. Syst. veg. IV. pars II. c. p. pag. 20.

Frutex erectus, sesquipedalis, cortice flavescenti-brunneo nitido. Folia exstipulata, exacte elliptica, obtusa, supra opaca glabra, subtus pube laxa molli decidua? vestita. Amenta serotina: mascula diandra pollicaria cylindrica: fœminea pedicellata et foliis fulcrata, squamis fuscis ellipticis obtusis; germinibus sesqui-linearibus ovatis acuminatis squamis vix altioribus, stigmatibus bifidis, segmentis filiformibus divaricatis; nectario interno filiformi (R. Br.)

Habitat in Amer. arctic.

Conspectus specierum.

I. Ovariis juventute saltem pilis instructis.

1. Bracteis atris.

a. Foliis integerrimis vel subserratis.

α. Stylo bifido.

* Foliis concoloribus.

S. diplodictya Trautv.

* Foliis subtus glaucis.

** ellipticis.

S. arctica R. Br.

** obovatis.

S. crassijulis Trev.

β. Stylo integro.

* Foliis semper tomentosis.

** tomento albo.

S. arenaria Linn.

** tomento cinereo.

S. Lapponum Linn.

* Foliis demum subglabris.

** concoloribus.

*** tri-quadrupli-nerviis.

S. buxifolia Trev.

*** reticulato-venosis

S. Jacquini Host.

** subtus glaucis.

*** ellipticis vel obovatis.

S. torulosa Ledeb.

*** oblongis.

S. melanolepis Ledeb.

b. Foliis serratis.

α. medio obtuse serratis.

S. Waldsteiniana Sm.

β. ubique glanduloso serratis.

* subtus juventute glaucis.

S. rectijulis Ledeb.

* semper concoloribus.

S. Myrsinites Linn.

2. Bracteis fuscis.

a. Stylo bipartito.

α. Foliis ovatis.

S. pyrenaica Gouan.

β. Foliis oblongis.

* acutiusculis.

S. glauca Linn.

* acuminatis.

S. macrocarpa Ledeb.

b. Stylo bifido.

α. Foliis ovatis acutis.

S. callicarpæa Trautv.

β. Foliis ellipticis mucronatis.

S. cordifolia Pursh.

γ. Foliis ellipticis utrinque rotundatis.

S. ovata Ser.

c. Stylo integro.

α. Foliis serratis.

S. prunifolia Sm.

β. Foliis integerrimis.

S. cæsia Villars.

d. Stylo nullo.

S. desertorum Richards.

3. Bracteis luteis apice fuscis.

S. elæagnoides Schleich.

II. Ovariis semper glabris.

1. Foliis concoloribus.

a. Stylo brevissimo.

S. retusa Linn.

b. Stylo longitudine squamæ.

S. rotundifolia Trautv.

2. Foliis subtus glaucis.

S. ovalifolia Trautv.

REPTILIA

INPRIMIS

VOLHYNIÆ, PODOLIÆ ET GUBERNII CHERSONENSIS

AUCTORE

Antonio ANDRZEJOWSKI.



AMPHIBIA NOSTRATIA,

SEU

ENUMERATIO

SAURIORUM, OPHIDIORUM NEC NON SIRENIORUM IN EXCURSIONIBUS PER VOLHYNIAM, PODOLIAM GUBERNIUMQUE CHERSONENSE USQUE AD EUXINUM OBSERVATORUM,

AUCTORE

ANTONIO ANDRZEJOWSKI.

Magnam hujus Classis specierum copiam offerre curiosis nequeo, in Volhynia enim magis inhabitata et in confini Podolia paucissimæ reperiuntur species. Australiores vero regiones, Podolia australis et Gubernium Chersonense, quæ mihi in peregrinationibus tantum innotuerunt, non multa quoque suppeditarunt. Cum tamen inter pauca hæc Amphibia rariora continuo et nova deteguntur, animus mihi erat in lucem illa proferendi, atque observatiunculas hasce meas examini scrutatorum naturæ subjiciendi.

Ad determinanda Amphibia usus sum operibus :

Gmel. C. Linnæi Systema Naturæ, editio Gmelini.

Lacep. Quadrupèdes ovipares et Serpens (Histoire des) 2 vol. in-4°. Paris 1788 et 1789.

Bonat. Enc. Method. Bonaterre Erpetologia (in Encyclopedia methodica).

Bosc. et Latr. Nouveau Dictionnaire de l'Histoire naturelle appliquée aux arts etc. par une société de Naturalistes, 24 vol. in-8°. Paris. 1803; l'article des Amphibies est par Bosc. Caractères de Latreille.

Cuv. Règne animal par M. Cuvier, 4 volumes in-8°. Paris. A. 1817.

Pall. zoogr. Zoographia Rosso-asiatica auctore F. J. Pallas (in manuscripto ab Ill. Steven mecum benevole communicato).

Merrem. Tentamen Systematis Amphibiorum auctore Blasio Merrem. Marburgi 1820 in-8°.

Pennant. British Zoology. 4 vol. London. 1777.

Jarocki. Zoologia (idiomate polonico) vol. 5. in-8°. Varsoviæ. 1822.

Caute in citandis iconibus procedens sæpius illas omisi; maxima enim ex parte icones ejusmodi sine ullo critico examine e Seba ad opera Buffoni, inde vero ad Encyclopediam Methodicam translatæ, sæpissime minus idoneæ, difficillime ad determinandas species affines inservire valent. Species bene jam notas enumeravi sine ulla fere descriptione, exceptis varietatibus dubiis. Rarioribus, ad illustrandas auctorum descriptiones non nihil addidi. Facto strictiori examine atque instituta comparatione species a me novas esse creditas, nec non a Cl. Besser tales esse confirmatas fusioribus descripsi verbis, adjunctis coloratis iconibus ac delineata characterum analysi. Synonyma nominaque vernacula rossica et polonica, inclusa simul expressione gallica ad facilitandam propter extraneos pronuntiationem adjungo. Historiam singularum specierum quantum licuit opinionesque incolarum de nonnullis earundem

breviter addidi. Optarem ut opusculum hocce Naturæ scrutatoribus gratum atque bono publico utcunque utile esse posset, ideoque omnes meas curas illi dicare conatus fui.

I.

E Cheloniis. hucusque vix unicum genus unamque speciem, a confiniis Lithuaniæ ad Euxinum usque obviam, escæ etiam a vulgo adhibitam, sub nomine polonico Zolw (Jolve), rossica Черепаха ubique notam observavi. Hæc est:

Testudo Lutaria L.

II.

Saurii quoad numerum individuorum ubique copiosissimi, quoad species pauci observantur. Mares semper coloribus picturaque magis splendent quam fœminæ, quanquam et hæ notæ secundum ætatem speciminum varient. Fœminæ maribus crassiores, collo vix ullo, cauda breviore ab iis differunt. In speciebus non multis, quas observare licuit, scuta cranium obtegentia (in tota forsan reptilium classe), collaria, femoralesque verrucas in Lacertarum genere pridem jam animum habui tanquam characteres majoris momenti proponendi. Hanc meam opinionem inveni recte tardius in citato Merremii opere. An hæ notæ in omnibus Lacertis serviant pro diagnosi, doceat examen sæpius et accuratius institutum. Unicum hujus ordinis possidemus genus e sex speciebus melius distinctis compositum. Lacertæ omnes a vulgo Poloniæ Jaszczurka (Jastschourca), rossico Ящерица sunt dictæ.

Lacerta L.

Cranium scutellis tectum; collare distinctum; corpus squamosum; pedes pentadactyli, femora subtus serie verrucarum aucta; cauda verticillato-squamosa, teres.

A. squamis abdominalibus decem-seriatis.

1. *L. deserti* cauda vix corpus superante, collaris squamis 13 obtusiusculis; verrucis femoralibus concavis 9 in quacunque serie; scutis cranii 20, squamulis intermixtis, superciliis manifestis. Mihi.

L. cauda tereti corpore paululum longiore, palmis plantisque pentadactylis, supra nigra, lineis sex albis longitudinalibus. Lepechin Iter I p. 317. tab. 22 fig. 4. 5. (mala).

L. deserti Gmel. Syst. Nat. 1, p. 1076. Merrem Tent. Syst. Amphibior p. 68.

L. arenicola Daudin? (ex Cuvier Règne Animal. 2, p. 29.)

L. muralis var *α* Latreille? (ex Merrem l. c. p. 67.)

Icon nostra Tab. XXI. fig. 8.

E paucis, quæ Lepechin l. c. de hac specie ait, Lacertam hanc meam pro varietate solum speciei Lepechinianæ habeo. Tota 2—4 pollices longa; corpus supra profunde griseum, fasciis albis interruptis, seu potius maculis oblongis albis nigro circumdatis concatenatis, in sex seriebus longitudinalibus ab oculis ad caudam productis pictum, subtus albidum. Fasciæ ad basin laterum non interruptæ. Caput abbreviatum subtriangulare; cranii scutella 20; verticale cuneato-5gonum, occipitalia 2, intermediis e quatuor scutellis subquadratis in crucem dispositis, superciliaria duo ab omnibus aliis squamulis minutis separata, frontale anterius latum hexagonum, posteriora duo 5gona; supercilia prominula.

Collare e squamis 13 obtusis compositum. Verrucæ femorales novem concavæ. Scutella abdominalia irregularia in series decem disposita. Cauda corpus paulo superat, conico-subulata, verticillata.

Habitat frequens in Podoliæ australis campestribus sterilioribus, nec non in arenosis ab oppido Sawran usque ad Euxinum. Fœmina mare longior et crassior, cæterum nullis diversa. Ova magnitudine pisi majoris oblonga, flavescentia 3—7. Lacerta hæc congenerum minime agilis.

B. Squamis abdominalibus sex-seriatis.

2. *L. chrysogastra* cauda corpus subæquante; collari squamis 11 obtusis, trunci vero contiguis acutis carinatis; verrucis femoralibus 13 concavis; scutis cranii 16 contiguis; superciliis inconspicuis. Mihi.

L. pyrrhogaster Merrem l. c. p. 67?

L. agilis var. c. Bonaterre Enc. Method. n^ro^ 17. c?

Icon nostra Tab. XXI. fig. 9.

Lacerta hæc una e minoribus 4—5 pollices est longa. Corpus profunde brunneum, dorso dilutius, fascia media nigrescente, margine utrinque punctis aurulentis nigro circumdatis ornata, linea e punctis similibus ad utrumque latus a collo usque ad basin caudæ producta. Abdomen aureo-luteum nigro punctatum. Squamæ trunci acutæ carinatæ contiguæ. Caput ovatum, cranii scuta 16 verticalia: posteriora 5gona, anterius 6gonum oblongum, occipitalia 4, exterioria majora inæqualiter pentagona; superciliaria squamulis non separata irregularia; frontale anterius latum 6gonum, posteriora irregularia. Supercilia inconspicua. Collare e squamis 11 obtusis compositum. Verrucæ femorales 13 in quacunque serie, concavæ. Cauda vix longitudine corporis, conico-subulata-annulato,

verticillata. — Refert *L. agilem*, sed notis enumeratis, et præsertim cauda vix longitudine corporis, punctis lateralibus biseriatis et colore aureo abdominis diversissima. Fœmina paulo major; minus atra. Habitat rarior in vallibus circa Cremenecum. Prope Cherson anno 1822 unica vice vidi specimen atrofuscum, forsan hujus speciei fœminam.

3. *L. agilis* cauda corpus superante, collari squamis 11 obliquis obtusis, squamis corporis distinctis, verrucis femoralibus 15 concavis, scutis cranii 19 contiguis, superciliis vix conspicuis.

L. agilis. Gmel. Syst nat. I. p. 1070 excl. varr. Lacep. Hist. Nat. des Quadrup. ovipares I. p. 298. Bonaterre Enc. Meth. n. 17. T. 6. f. 2 (mediocris). — Latr. Bosc. Dict. d'Hist. Nat. 13. p. 120. — Cuvier Règne Animal 2. p. 29. Merrem l. c. p. 66. Icon nostra T. IV. fig. 10.

Species hæc, in Gmelini opere a L. viridi non separata, characteribus stabilibus diversa specifice separari promeruit.

Ideo Laurenti, Lacepede, Bonaterre, Daudin, Cuvier et Merrem discernunt illam separatimque describunt, quo ego secutus, propriaque experientia edoctus, notas differentiales illi indicare conatus sum. Colore mutabilis, in collectione Lycei Volh. possidemus nigrescentem, griseam, griseo-virescentem et griseo-æneam; sed maculis insignibus nigris ocellatis ad utrumque corporis latus 3seriatis, positione scutorum cranii, capite magis oblongo obtusiori, superciliis vix distinctis, squamis corporis non contiguis et numero verrucarum femoralium distinctissima. Nec varietas ipsa griseo-viridis confundenda. Adest nobis varietas cupreo-grisea subtus submargaritacea, cæterum nullis diversa. Omnes varietates ubique frequentes reperiuntur.

4. *L. Chersonensis* cauda corpus superante, collari squamis 13 acutis, squamis corporis contiguis, verrucis femoralibus 15, interioribus concavis, scutis cranii 21 contiguis, superciliis exsertis. Mihi.

L. agilis var. *η*. Gmel. l. c. p. 1071? L. rubra. Bonat. l. c. N° 20?

Sex, novem pollices longa. Corpus fuscum: supra unicolor immaculatum, ad utrumque latus maculis irregularibus nigris versus abdomen decrescentibus, lineisque albidis interruptis tribus pictum, subtus albidum. Caput abbreviatum sub-3angulare, cranii scutella verticalia hexagona, anterius oblongum, posteriora subregularia; occipitalia 6 exteriora subovata; superciliaria oblonga verticalibus contigua; frontale anterius, latum hexagonum, posteriora irregularia. Supercilia prominula. Collare e squamis 13 acutis. Verrucæ femorales 15 interiores seu basales concavæ; cauda vix corpore longior, subulata, verticillata. Capite abbreviato, collari squamis acutis, trunci contiguis, dorso immaculato et verrucarum numero a L. agili bene distinguitur.

Circa Cherson rarior habitat, cursu velox. Hoc anno etiam in Volhynia circa Stary Konstantynów a me reperta inter saxa calcarea. Utrumque specimen ob crassitiem videtur fœmineum.

5. *L. viridis* cauda corpus superante, collari squamis 11 obtusis, trunci contiguis, verrucis femoralibus 13 convexis, scutis cranii 18 contiguis, superciliis manifestis.

L. viridis Lacep. l. c. p. 309. Bonat. l. c. N° 22. Cuvier R. An. 2. p. 29.

L. agilis var Gmel. l. c. p. 1071. Icon nostra T. XXI. fig. 12.

Innumeræ hujus speciei varietates a pulchre viridi, ad atro- aut fusco-virentem, constanter maculis concatenatis atris subocellatis pictæ, dorso fascia fuscescente alternatim repanda notatæ, subtus flavæ, capite oblongo ovato, collari squamis 11 obtusis, verrucis 13 convexis, cauda corpus superante, præcedentibus duabus distinguuntur.

6. *L. elegans* cauda corpus duplo superante, collari squamis 9 acutis, squamis trunci minutis contiguis, verrucis femoralibus 19—17 concavis, scutis cranii 21 regularibus contiguis superciliis inconspicuis Mihi.

Icon nostra Tab. XXI. fig. 13.

14—20 pollices longa-Corpus viride splendens immaculatum, aut rarius punctis parvis irregularibus nigris conspersum, subtus aureo-luteum. Caput oblongum antice attenuatum subdepressum, pollicem longum, 8 lineas latum, supra profunde, subtus dilute azureum, in speciminibus fœmineis in fuscum aut virentem vergens. Cranii scutella regularia; verticale anterius oblongo-6gonum, posteriora subobliqua; occipitalia 5 irregularia medio acutiuscula; superciliaria obverse-cuneata, angulata; frontalia omnia subæqualia subrhombea. Supercilia obsoleta, palpebræ crenulatæ superiores cœruleæ, inferiores albidæ; oculorum iris aurantio-ignea, tympana rhombeo-ovata nigra. Dentes minuti acutissimi, lingua plana atra emarginata lineam fere lata retractilis. Collare solutum e squamis novem hexagonis acutis versus latera decrescentibus constructum in junioribus flavidum, in adultis cœrulescens. Dorsum subcarinatum, uti et latera squamis minutis subcarinatis subhexagonis, basi nigrescentibus, apice viridi-cœruleis tectum. Squamæ infernæ seu abdominales in sex series longitudinales et 32 transversales dispositæ hexagonæ, aureo-nitentes, detrita

epidermide cœrulescunt. Palmæ et plantæ pentadactylæ unguiculatæ, supra virides, azureæ, vel colore aciei politæ splendentes, subtus flavæ aut aurulentæ, plantarum digitus intermedius longissimus, femora serie 19—17 verrucarum concavarum intus notata. Cauda teres elongata corpore ipso duplo longior, squamis parallelepipedis carinatis mucronulatis, imbricato-verticillatis tecta, 90-annulata, supra colore aciei in viridem vergente splendens, subtus flavescens. Fœmina mare quidquam longior, duplo crassior, coloribus minus splendentibus; mas junior griseo-virens, capite cœrulescenti aut viridulo.

Indigenarum maxima, capite magis oblongo, scutorum cranii forma, collaris squamis 9 non 11 acutis, verrucis femoralibus 15—19 concavis, cauda corpus duplo superante, 90-annulata et præsertim corporis colore specioso splendente, nunquam lineis, rarissime maculis minutis variegato, a *L. viridi* distinctissima. Comparatis descriptionibus *L viridis* Gmelini, Bonaterri, Boscii et Merremii, iconibusque ibidem citatis cum specie mea, convictus sum *Lacertam* hanc specifice a *L. viridi* notis adductis diversam esse. Gmelinus Linnæum secutus nec hanc nec viridem a *L. agili* distinxit. Bosc in descriptione confudit hanc cum viridi. Bonaterri descriptio refert optime *L. viridem* apud nos frequentissimam, coloribus mire variantem. Merremii definitio e solis notis characteristicis decerpta, differentias majoris momenti præbuit ad distinguendam speciem a me hic exhibitam.

L elegans copiosissima degit inter saxa ad Tyram, Hypanim et Borysthenem. Cursu velocissima, moribus jucunda, amat homines, nec fugit nisi illis nimis approximantibus, aut ab iisdem terrefacta; tunc e scopulis saxorum in prærupta

profundissima sese præcipitat. Vidi plura specimina e quibus descripsi. Pulchram hujus varietatem fœmineam læte viridem irregulariter nigro pustulatam capite subnigrescente e saxosis Hypanicis possidemus.

Admonendum hic esse putavi, quod si specimina elegantiora reptilium colligenda in alcohole conservari debeant, infundenda tunc esse viva. In mortuis enim color splendens evanescit epidermis dilaceratur, et partes molles decompositioni subjiciuntur.

III.

Ophidiorum ordo præcedenti paulo ditior, trium generum octo species comprehendit: Mares serpentium minus frequentes reperiuntur, fœminarum cursus lentior sæpius illas apprehendendas juvat; hæ quoque magnitudine mares superant. Quod de Sauriis dixi, Serpentibus etiam proprium esse videtur, quoad differentiam sexus ætatisque individuorum a splendore colorum et picturæ provenientem. In conservatione speciminum idem quoque observandum est. Venenosæ species dictæ *Viperæ* vix duæ exstant. Dentes harum virosi mobiles, non gingivis (uti nonnulli ajunt), sed palato sunt contigui, in quieto animali reflexi sacculis propriis absconditi, in iracundo erecti. Glandulas putorias quas Linneus vidit, invenire ubi sint, non potui; adesse tamen illas credo in speciminibus fœmineis, quia capta odorem spargunt fœtidum qui in maribus non observatur.

I. *Coluber L.*

Caput subovatum obtusum, cranio scutis tecto, superciliis obsoletis; dentes venenosi nulli; scuta abdominalia 1 serialia, scuta caudalia seu scutella biserialia.

1. C. *Natrix* squamis carinatis subrhombeis 18seriatis, cauda quadrantali, capite distincto ovato obtuso, postice maculis flavescentibus utrinque notato. Icon nostra T. XXI. fig. 1.

C. Natrix Gmel. l. c. I. 1100. Pallas Zoogr MS. Brit. Zool. III. p. 33. T. 4. Couleuvre à Collier Lacep. l. c. II. p. 147. T. 6. fig. Cuvier l. c. II. p. 70.

C. Torquatus Merrem l. c. p. 124.

Species hæc in omnibus nostris regionibus vulgatissima, fere domestica, inter vulgum fere religiose venerata. Homini, præsertim infantibus familiaris. Ipse vidi in Polesiæ District. Rownensis Gub. Volh. Oppido Siedliszcze ad fluvium Stucz Natricem sine ullo timore cum pueris ex una eademque olla lac manducasse, vaccæ quoque uberibus admotam. Quis talem occidit, peccatum commisisse apud vulgum censetur. Variat sæpius pictura corporis, sed maculæ occipitales nunquam deficiunt. Aetatem individui non solum magnitudo indicat, sed adultiores etiam colorem et picturam magis distinctos induunt, fœminæ tamen macularum confusione et colore minus eminenti primo intuitu discernuntur, neque ætas differentiam mutare videtur. Polonice Waz (Vonge) Rossice Ужъ dictus.

2. C. *Aesculapii* squamis ovato-sexangulis, 16—18 seriatis, dorsi carinatis; cauda quadrantali; capite ovato, postice dilatato depresso, fusco, fasciis superciliaribus atrofuscis. Mihi. Icon nostra T. XXI. fig. 2.

C Aesculapii Host in Jacquini Collectaneis IV. p. 136. T. 26 et 27.!! Merrem l. c. p. 117. an cum omnibus synonymis?

Serpent d'Esculape Lacep. l. c. p. 165 T. 6. fig. 2.

Descriptio et icones Hostii. l. c. diversam omnino a Linnæana, in Syst. Nat. Gmel. III. p. 1099, indicant speciem. Hostii species sat frequens apud nos occurrit. Inter colles nemorosos Cremeneci a cl. Bessero captum specimen, est C. Æsculapii Host mas.

3. *C. lævis* squamis ovatis 17seriatis, in ipsa serie dorsali subcarinatis, capite ovali obtusiusculo, fasciis cateniformibus ab occipite et a temporibus quatuor per totum corpus ex utroque latere ad caudam descendentibus.

Col. austriacus Gm. S. N. I. p. 1214. Cuv. l. c. p. 70. Lacepède l. c. p. 150.

C. Natrix lævis Merr. l. c. p. 116.

Pulchram hanc speciem pro varietate præcedentis habui, sed notis adductis et fasciis quasi e literis H concatenatis ab occipite ad caudam nec non in utroque superiore corporis latere manifestis, distinctissima. Possidemus 2 specimina, alterum majus 20, alterum minus 13 pollices longum.

Viget in campestribus Chersonensibus frequens.

4. *C trabalis* squamis ovatis carinatis 19seriatis, medio flavis margine fuscis, cauda quadrantali, capite ovato, antice sub-angustato, atrofusco, fasciis temporalibus nullis. Mihi.

C. trabalis Pall Zoogr. Icon nostra Tab. IV fig. 3.

C. inferne totus flavus, superne lineis flavis fuscisque alternatim positis, scutis abdominalibus 198, squamis subcaudalibus 100.

Lepechin Iter T. 1. p. 317. T. 21 icon mala.

C. caspius Gmel. l. c. p. 1112.

C. Pethola γ? Merrem l. c. p. 100.

Specimina utriusque sexus possideo. Mas flavobrunneus subtus ochraceus squamis fuscobrunneis medio macula flavida notatis. Fœmina viva flavescens erat, sed alcohole cutim exuit et e flavescenti fusco-cinerea facta est. Cum descriptione Lepechini l. c. sat bene quadrat, sed icon citata negligentissime sculpta, vix animal descriptum refert. Vivam cepi sed defendens sese, odorem alliaceum sparsit tam fœtidum, ut occidere illam coactus essem. Inter saxa calcarea prope pagum Horobcewa 10 leucas rossicas (Веремвъ) a Nicolajef ad Hypanim capta. Mas ejusdem speciei quem possideo ex Odessanis maritimis. Species videtur valde varians secundum ætatem aut forsan duæ species confusæ.

5. *C Xanthogaster* Squamis carinatis oblongo ovatis 25 seriatis medio fuscis margine flavis, cauda quadrantali, capite ovato apice retuso fusco, fasciis temporalibus obliquis atrofuscis. Mihi. Icon nostra Tab. XXIII. et tab. XXII. fig. 4.

5—8 pedes longus. Corpus flavum fusco maculatum. Maculis dorsi subreniformibus $\frac{1}{2}$ pollicem latis, totidem fere a se remotis, fere parallellis, ad basin quarum cum iis alternantes maculæ sub-rhombeæ, cum lateralibus irregularibus sensim decrescentibus fere in quincunce dispositæ. Squamæ 25 seriales carinatæ, medio fuscæ, margine flavæ, versus abdomen sensim latiores, infimæ rhombeo-ovatæ. Scuta 212-260 pulchre flava, pectoralia immaculata, abdominalia ad utrumque latus maculis pallide fuscis notata. Scutella biserialia 136—166 omnia medio maculis solitariis picta. Caput $1\frac{1}{2}$ pollicem fere longum 10—12 lineas latum ovatum subdepressum, scutis cranii 10 subregularibus tectum, cæterum rugosum flavo fuscum, maculis duabus oblongis atrofuscis

utrinque ab oculo ad finem maxillarum oblique productis notatum.

Oculi prominuli atrofusci circulo igneo notati nitentes, in speciminibus mortuis alcohole infusis opaci albidi. Nares exigui. Maxillæ, superior apice retusa, squamis marginalibus 17, inferior latior integra squamis 21 mox flavis concoloribus, mox fusco marginatis vel maculatis præditæ. Faux pulchre coccinea. Dentes congenerum, exigui versus gulam reflexi, venenosi nulli. Lingua bifida atra 8 lineas longa, in mortuo tota vagina sua absconditur, nec ulla vi extrahi potest. Organa auditoria occulta. Dorsum subcarinatum. Cauda pollices 9—14 longa teretiuscula, subtus subcomplanata, apice inermis.

Longitudo in speciminibus a me visis varia fuit: ad Tyram A. 1818 repertum jam capite et collo avulsis, septem pedes 7poll. longum, ad Borysthenem vero 1823 captum vivum vix quinque pedes longitudine superat. Tyraici crassities 2 poll. diametri superabat, borysthenici autem sesquipollicaris est. Illi scuta demto collo 253 et scutella 83 in utraque serie, hoc scutis 212 et scutellis 68 in utraque serie, gaudet. Ad Tyram fœmina mortua reperta, flavo fusca in virentem vergens 7 ova ($1\frac{1}{2}$ pollicem longa albida, membrana dura obtecta), in ventre ferebat. Borysthenicus mas pulchre luteus, junior tamen videtur, ait enim vulgus Xanthogastrem ad 4 arschines rossicos (аршинъ), id est 9 pedes $1\frac{1}{2}$ pollices anglicos longum esse et in medio corporis crassitiem brachii adæquare.

Species hæc refert *C trabalem*, sed magnitudine, squamarum seriebus 25 nec 18, squamis ipsis medio fuscis, margine flavis, maculis temporalibus, pictura totius corporis,

maxilla superiore apice retusa ab illo bene distincta. Pulcherrima hæc indigenarum et maxima species habitat (quotannis rarior) in campestribus Stepy (Cmena) dictis, Podoliæ australioris Distr. Battensis, Gub. Cherson. parte occidentali, nec non in Tauria; in regione tamen granitorum hucusque non observata. Moribus innocentissima, a vulgo etiam innoxia habetur, glirium tantum citillorumque terror. Speciminis Borysthenici volumen cum nimis pyxiden superabat, coactus ergo fui intestina ejus extrahere, tum partes genitales facile recognovi et in ventriculo Citillum adultum integrum non digestum adhuc inveni. Coluber hic a vulgo joltobrzuch (Joltobrjoukh) Жолтобрухъ, ob ventrem pulchre flavum vocatur, quod nomen indigenum in nomine specifico Xanthogaster fideliter servavi.

II. *Vipera* Lacepede.

Caput postice dilatatum subcordatum, margine antico superciliisque prominulis, cranio scutis paucis tecto; tela seu dentes venenosi 2 reponendi, sacculo proprio tecti, palato adfixi; scuta 1 serialia, 2 serialia.

1. *V. Berus* Cuvier l. c. II. p. 84. Latr Bosc Dict XXIII. p. 344.

Coluber Berus Gmel. l. c. p. 1090. Lacep. l. c. II. p I. T. I. f. I. (Vipère) Pall. Zoogr. British Zool. T. III. p. 25. l. 4. N° 12.

Pelias berus Merrem l. c. p. 148.

Icon nostra tab XXII. fig. 5.

Ubique a Volhynia ad Euxinum usque reperitur, in campestribus tamen præsertim versus ostia Hypanis et Borysthenis,

multo frequentior, sub nominibus Gadzina Гадюко Жмия a vulgo tamen perniciosa venenosa nota. Viperæ aspectu horrendæ, moribus dolosæ, nunquam sibilatu, perterrent, hominem non prosequuntur, nec se tali cum audacia uti colubres defendunt, irritatæ vero fugiunt et absconditæ dolose ex aditu proruunt, morsuque fatali percutiunt. Virus attamen Viperarum nostratium non est lethalis, nec illum incolæ talem esse credunt. Morsus earum efficit dolorem urentem, inflammationem, intumescentiam partium adjacentium, cutim aridam, febrim vehementem, insomnia atque delirium. Symptomata hæc post dies novem quandoque cessant sine ullo remedio, omni tamen novilunio ad tres usque annos, ut ajunt, denuo renovantur. Vulgatissimum ab incolis feliciter usitatum remedium, est species *Thalictri* frequentissima in hisce regionibus *Th. viperinum* Nobis (*Thalictrum* hoc medium inter *Th. majus* et *Th. minus* Jacq. ab utroque altitudine (4 pedes), habitu strictiore, panicula densa, floribus erectis, primo aspectu abunde diversum). Membrum læsum et infectum (cui sæpissime pedes exponuntur) ligatur supra vulnus ne intumescentia dilatetur; postea herba recens *Thalictri* hujus contusa infunditur sero aut lacte acidulo, atque ita parato balneo per spatium trium dierum mane et vespere pars vulnerata imponitur. Ratio hæc procedendi protrahitur quandoque ad dies novem, si symptomata supra dicta non evanescunt. Ejusdem herbæ recentis contusæ manipulus infunditur aqua fervida et hujus infusionis porrigitur ægro libra una mane et vespere. Sapor hujus infusi est amaricans, nauseosus, nonnihil urens; effectus autem ejus sunt: sudores continui, urina frequens. Pruritus superveniens tertia die, indicat diminutionem inflammationis, intumescentiæ et

instantem convalescentiam. In oppido Sauran Distr. Baltensis Gub. Podol. 1818 ipse vidi duo individua hoc modo sine renovatione morbi sanata, fœminam post triduum, virum vero scorbuto infectum vix post novem dies reconvalescentes.

2. *V. Prester* Cuvier l. c. p. 86. (sub V. Chersea).

Coluber Prester. Gmel. l. c. p. 1091. Pall. Zoogr.

Pelias Berus Var γ ater. Merrem l. c. p. 148.

Cl. Cuvier non distinguit illam a *V Chersea*, Merrem vero vix pro varietate P. Beri habet. Unicum specimen vidi nec illum exacte examinare potui, notavi solum, quod colore corporis atro, fascia dorsi sinuata nulla et maxillis albidis a V. Bero diversa videtur. In nemorosis ad rivum, Wotezek prope Oppidum Snitowka Distr. Letyczowiensis in Podolia rarior reperitur.

III. *Anguis L.*

Caput ovatum, cranio scutis paucis, squamis densis tecto, superciliis obsoletis; dentes venenosi nulli; scutella abdominalia octo serialia, caudalia sex serialia.

I. *A fragilis* Corpore maculato collo nullo, cauda corpore breviore mihi. Icon nostra Tab. XXII. fig. 6.

Anguis fragilis. Gmel. l. c. p. 1122. Pallas Zoogr. Merrem. l. c. p. 57.

Orvet Lacep. l. c. p. 430. Tab. 19. f. 1. optima. Cuv. l. c. p. 57.

Ubique frequens reperitur vulgo Padalce, Падалецъ dictus. Corpus livido-fuscum, maculis profundioribus cœrulescentibus pictum, subtus nigrescens, cauda corpore brevior-2: 5. Magnitudine valde variat. Fragilitas caudæ in hoc et sequente insignis.

2. *A. Besseri:* Corpore lineatim fasciato, collo distincto, cauda corpus superante Mihi. Icon nostra T. XXII. fig. 7. Tab. XXIV.

Blind-worm. Brit. Zool III. p. 36. T. 4. N° 15?

1—1½ pedem longus. Corpus supra pallide fuscum, dorso lineis duabus obscurioribus longitudinaliter notatum, latere utroque maculis minutis in fascias novem concatenatis griseo-fuscis pictum, subtus atro cinereum. Caput ovatum 6—8 lineas longum 4—5 latum convexum, collo a corpore distinctum, cranio squamis tecto scutellisque tribus majoribus munito, a cujus parte postica incipiuntur duæ supra memoratæ lineæ totam longitudinem corporis percurrentes. Squamæ abdominales octoseriales (140—144 in quacunque serie) subsemiorbiculares, ob dispositionem imbricatam subhexagonæ, caudales versus apicem decrescentes 150—160 in sex series digestæ. Cauda corpore longior 6 : 5. Oculi parvi nitentes, fulvi, oblongi. Differt ab *A. fragili* habitu tenuiore, pictura corporis, numero scutellorum abdominalium et præsertim collo distincto atque cauda corpus superante. Cursu omnibus Ophidiis lentior, moribus innocens, nutrit se Lumbrico terrestri. Fœmina crassior fert 3—6 ova oblonga, vix pisi magnitudine.

In dumetis Cremenecii nec non Podoliæ sat frequens. Pennanti Blindworm l. c. videtur meæ speciei valde affinis, sed in icone collum non distinctum, nec longitudo caudæ sat evidenter delineata. Nomen polonicum idem cum præcedenti, rossicum Вершенница.

IV.

Sirenes sistunt forsan Classem in nostris regionibus ditiorem, sed paucæ hucusque ejus innotuerunt species.

E Batrachiis tria genera, octo species, e *Lacertinis* unum genus, quatuor species, secundum Cuvieri Regnum Animale, Encyclopediam methodicam, Lacepedii Historiam Naturalem quadrupedum oviparorum et Zoologiam Jarockii examinavi.

1. *Bufo* Daudin.

Corpus abbreviatum ventricosum verrucosum; parotides occipitales in collum descendentes; digiti simplices, dentes nulli.

1. *Bufo cinereus* Daud. Latr. et Bosc Dict. T. VI p. 486. Lacep l. c. p. 568. Jarocki Zool III. p. 160. Merrem. l. c. p. 182.

Rana Bufo et Gmel. l. c. p. 1047. Pall. Zoogr.

Species hæc omnium apud nos vulgatissima in sepulcris et caveis vivens immanem attingit magnitudinem. A. 1805 in subterraneis locis Castelli Cepcewieze Distr. duccoriensis Volhyniæ, vidi specimen horrendum hujus speciei. Caveas ubi dolia cerevisiæ olim deponebantur, nullus habitantium adire voluit diabolum ibi sedentem credens. Mihi tamen animus erat visitare hæc loca et monstrum hoc videre; muniti itaque ardentibus facibus, duobus cum famulis, descendentes in loca hæc subterranea, vidimus Buffonem magnitudine fere gallinam adæquantem. Muriate potassæ seu sale culinaria conspersus statim periit et terror habitantium evanuit. Hæc et congeneres species, singulari modo cibum deglutiunt,

immobiles araneas et insecta inspiciunt et approximata (6 poll.) uno halitu, fauci inhauriunt. Famem attamen longam pati possunt; ita apud me, Bufo pixide inclusus, sine ullo nutrimento viginti dies vixit, et postea emissus, sanus erat et fortis. Sub nomine polonico Ropucha, rossico Жаба ubique sunt notæ.

2. *B. igneus* Daud. Jarocki. l. c. p. 160. Cuvier. l. c. p. 96. Crapaud à ventre jaune.

Rana bombina Gmel l. c. p. 1048.

Bombinator igneus Merrem l. c. p. 179.

Præcedenti minor, subtus aurantio-igneus, maculis nigris. In fossis etiam præsertim humidis frequens.

3. *B. fuscus* Laurenti. Cuvier. l. c. p. 95. Jarocki l. c. p. 160.

Rana bombina γ. Gmel. l. c. p. 1048.

Frequens in humidis et fossis umbrosis. Quandoque etiam subtus rubescit.

4. *B. variabilis* Daud. Jarocki I. c. p. 161.

Rana variabilis Gmel I. c.

Rariorem hanc speciem ex humidis Podoliæ attuli. Magnitudine *Ranam esculentam* adæquat, pallide fusca subcarnea, maculis virescenti olivaceis, subtus pallida aut rubescens, extremitates digitorum rubræ, fascia dorsalis nulla. Talem vivam descripsi, in Alcohole, color carneus et virescens evanuere, nec rubedo digitorum permansit. Unicum specimen possidemus.

II. *Hyla* Daudin.

Corpus abbreviatum glabrum, parotides nullæ, digiti papillis subviscidis terminati, plantæ elongatæ, dentes evidentes.

H arborea Daud: Cuvier l. c. II. p. 94. Latr. et Bosc Dict. XIX. p. 70

Jarocki l. c. p. 163. Lacep. l. c. p. 550. (Raine).

Rana arborea Gmel l. c. p. 1054. Pall. Zoogr.

Calamita arborea Merrem l. c. p. 170.

In arboribus ubique frequens. In alcohole servata colorem viridem in glaucum mutat.

III. *Rana* L.

Corpus elongatum postice attenuatum glabrum, parotides nullæ, digiti simplices, dentes evidentes.

1. *R esculenta* Linn Gmel. l. c. p. 1053. Pall. Zoogr. Lacep. l. c. p. 303.

Latr. et Bosc Dict. X. p. 133. Cuvier l. c. p. 92. Jarocki l. c. p. 166. Merrem l. c. p. 176.

In aquis ubique vulgaris, magnitudine varians, esculenta.

In lacubus salsis Liman dictis nondum observata.

2. *R. temporaria* Lin. Gmel l. c. p. 1053. Pall. Zoogr. Lacep. l. c. p. 528.

Latr. et Bosc Dict. X p. 134. Cuvier l. c. p. 92. Jarocki Zool. p. 166. Merrem l. c. p. 175.

Frequentissima in Volhynia et Podolia, versus Euxinum rarior. Indigenarum maxima maculis temporalibus bene distincta. Subtus sæpe rubescit.

3. *R. terrestris.* Mihi.

Vix magnitudine *Hylæ* supra nigrescens atro maculata, dorso linea longitudinali albida notata, inter oculum et maxillam utrinque fascia albescenti in lineam lateralem elongata; subtus albida; gula fusco maculata, pedes subtus rubescentes. Colore nigro fasciis subocularibus et modo vivendi a *R esculenta*, a *R temporaria* vero, magnitudine, lineis longitudinalibus et colore abunde differt. *R. terrestrem* vocavi, non solum enim ad littora Hypanis inferioris inter lapides, sed etiam in campestribus ab aqua remotis congenerum frequentissimam inveni. Plura specimina alcohole non sat rectificato immersa deperdita invenere, unicum mancum possidemus, e quo iconem dare haud potui, descriptio vero e vivo facta est. In omnibus citatis operibus nihil similis huic speciei invenio, pro nova ergo specie propono ulterius stricte examinanda.

Salamandra Laurenti.

Triton Laur.

Cl. Cuvier *Salamandras* Laurenti *Tritonibus* ejusdem auctoris in opere suo *Règne Animal* generice non distinguit. Factis solum duabus sectionibus, Salamandras terrestres ab aquaticis separat sequentibus notis: *Salamandræ terrestres*, (*Salamandra* Laur.) cauda in statu perfecto teres, vivunt in aqua tempore solum metamorphoseos. *Salamandræ aquaticæ*, (*Triton* Laur.) cauda semper verticaliter compressa, habitant per totam vitam in aquis.

Opinio hæc in Zoologia peritissimi Viri eo magis exacta mihi videtur, quod in sectione etiam aquaticarum examinavi

duas species totam æstatem in truncis putridis aut sub cortice eorum viventes ab aqua sat remotis. Crista dorsalis in maribus, non in omnibus adest speciebus, nec numerus digitorum præbet notas majoris momenti. Salamandrarum terrestrium nulla in regionibus nostris reperitur; aquaticarum vero plures sunt obviæ, quibus differentia sexualis paopria est volumen fœminarum maribus multo majus. Aegre careo eximio Cl. Latreillii opere de hisce amphibiis. Cl. Cuvieri brevissimæ descriptiones, nec fusiores illis Cl. Boscii in citato Dictionario, adhuc in experto dubia solvere nequeunt. Quidquid ergo in opusculo hoc dicam, non sat mihi certum esse videtur. Judicio ergo virorum in re naturali peritorum observationes meas submitto.

1. *S. marmorata* Latr. Cuvier. l. c. p. 100. Bosc Dict. Vol. XX p. 48.

Triton marmoratus. Laur. Jarocki l. c. p. 176.
Molge marmorata Merrem l. c. p. 187.

Nostra specimina fusco-virescentia, profundius maculata; fœmina fere 5pollices longa, crassa, caudæ margine superiori sub cristato, mas vix triuncialis cristatus; uterque sexus subtus fusco-rufescens, albido maculatus. Marem Aprili ipse in fossa inundata pagi Szepetyn in viciniis Cremeneci inveni, fœminam ex eodem loco discipuli initiente majo attulere. Cutis in hac et duabus insequentibus verrucosa.

2. *S. cristata* Latr. Cuvier l. c. p. 100 Bosc dict Vol. XX p. 48.

Lacepède. l. c. I. p. 471. T. 31. (mediocris).

Salamandra laticauda Bonaterre Enc Meth. Erpetol: d. 63. T. II. fig. 4 a b. icon ex Lacepedio at pejor.

Triton cristatus Laur. Jarocki l. c. p. 176.

Molge palustris Merrem l. c. p. 187.

Lacerta palustris Gmel l. c. p. 1065.

Præcedenti frequentior in stagnis et paludibus circa Cremenecum. Magnitudo eadem ac præcedentis. Mas minor supra bruneus atro punctato maculatus, ad latera rufescens, subtus albidus maculatus, crista 4 lineas alta subundata; fœmina pallidior et major dorso crista humili inæquali. Cl. Cuvier hanc pro mare præcedentis habet sed utriusque speciei utrumque sexum examinavi, diversæ esse videntur.

3. *S punctata* Latr. Cuvier l. c. p. 100. Bosc. Dict. XX p. 49 cum icone.

Lacepede l. c. p. 491. Bonat l. c. p. 63. T. 13. fig. 1. (pessima!)?

Triton punctatus Laur Jarocki l. c. p. 176.

Molge punctata Merrem l. c. p. 186.

Lacerta aquatica γ Gmel l. c. p. 1066?

Anne nostra sit vera *S punctata* Latr. dubium valde est mihi. Color in utroque sexu supra est nigrescens, versus latera paulo dilutior, dorso dense atro punctatus, lateribus vero punctis albis rarioribus adspersus, subtus aurantiacus nigro punctato-maculatus. Mas 3 uncialis, cristatus, crista $1\frac{1}{2}$ lineam alta inæquali, fœmina $4\frac{1}{2}$ pollices longa, rudimento cristæ notata, cauda in utroque sexu valde compressa, atra, subtus igneo-aurantiaca, in nonnullis speciminibus latere utroque punctis albidis in seriem longitudinalem productis ornato. Palmæ 4 dactylæ, plantæ digitis quinque obtusis liberis munitæ. Species hæc frequens habitat in Podoliæ sylvis sub humidis, in truncis putridis et sub arboribus longe eradicatis.

In Volhynia nondum reperta. Si icon Boscii in Dict. Hist. ex Latreilli icone delineata est bona; tunc nostra non est *S. punctata* Latr.

4. *S. Lacepedii* Mihi.

La trois doigts Lacepède. l. c. p. 496. T. 34.

S. terdigitata Bonat l. c. p. 64. T. 12. f. 2. icon. (ex Lacepedio).

S. exigua Laur. ex Bonat l. c. ead. pag.

Congenerum apud nos minima, unibipollicaris. Marem a fœmina distinguere non potui in omnibus enim speciminibus examinatis (23), crista omnino deest. Corpus glabrum subviscidum fuscum, dorso fasciis dilutioribus notatum, lateribus brunneo maculatum subtus antice pallidum griseo maculatum, postice rubescens, cauda compressa subtus aurantiaca. Palmæ 4 —, plantæ penta-dactylæ, digitis liberis, internis vix conspicuis, supra fuscæ, subtus rubescentes. Habitat in Volhyniæ sylvis humidis sub cortice truncorum putridorum copiosissima. Colore valde varians.

E descriptione et icone Cl. Lacepède nostram pro *S. terdigitata* ejusdem auctoris habeo. Cl. Auctor vidit solum specimina desicata, in quibus vestigium digiti interni in omnibus pedibus evanescit, sed in vivis adest semper: hanc ob causam nomen specificum mutare necessarium putavi. Cl. Bosc l. c. p. 50. tribuit illi squamas, de quibus Lacepède omnino, silet neque ego illas sub lente vidi. Quoad costas vero laterum, in *S. cristata* siccata hæ quoque distingui possunt æque uti et in *S. Lacepedii*. Costas non osseas vero, sed cartilagineas aut potius tendiniformes, in omnibus Salamandris adesse credo.

Explicatio Tabularum.

Tab. XXI. fig. 1. Cuput Colubri Natricis; *a* supra, *b* subtus, modice auctum.

Fig. 2. Col. Aesculapii; *a* supra, *b* subtus, 2 auctum.

Fig. 3. Col. trabalis; *a* supra, *b* subtus, magnitudine naturali.

Fig. 4. Caput Col. Xanthogastri; *a* supra, *b* subtus, magnitudine naturali, *c* squamæ 25 seriales et scuta.

Fig. 5. Caput Viperæ Beri; *a* supra, *b* subtus 2 auctum, *c* dens venenosa in quieto, *d* in iracundo 3 aucta.

Fig. 6. Anguis fragilis; *a* supra, *b* subtus 2 auctum.

Fig. 7. Ang. Besseri; *a* supra, *b* subtus 2 auctum.

Fig. 8. Lacerta deserti; *a* cranium, *b* collare, e femur cum verrucis 2 auctum.

Fig. 9. L. chrysogastra; *a* cranium *b* collare, *c* femur cum verrucis 2 auctum.

Fig. 10. L. agilis, *a, b, c, d,* ut in præcedentibus.

Fig. 11. L. chersonensis, *a, b, c, d,* ut in præcedentibus.

Fig. 12. L. viridis, *a, b, c,* ut in præced. *d* verruca convexa inter squamas, *e* eadem verticaliter secta, valde aucta.

Fig. 13. L. elegans; *a* cranium magnitudine naturali, *b* collare, *c* femur cum verrucis, sat auctum *d* verruca concava inter squamas, *e* eadem verticaliter secta, valde aucta.

Tab. XXII. Coluber Xanthogaster.

Tab. XXIII. Anguis Besseri.

LEPIDOPTERORUM

SPECIES NONNULLÆ NOVÆ

GUBERNIUM ORENBURGENSE INCOLENTES

AUCTORE

DRE. E. EVERSMANN.



LEPIDOPTERORUM

SPECIES NONNULLÆ NOVÆ

GUBERNIUM ORENBURGENSE INCOLENTES

AUCTORE

DRE. E. EVERSMANN.

---

1. LYCÆNA *Bavius, mihi.*

Tab. XIX. f 3. 4.

Major L. Batto. Antennæ albo nigroque annulatæ, capitulo fusco. Alæ supra fuscæ, basi cœruleo farinosæ, fimbriis albo nigroque variis, alæ anticæ lunula media nigra, posticæ fascia marginali fulva continua, punctisque marginalibus nigris. Alæ subtus canæ, in anticis puncta baseos tria vel quatuor (duo confluentia), tunc sequitur lunula media, tunc series flexuosa interrupta et tandem series marginalis punctorum nigrorum ut in congeneribus, puncta autem sat magna et magis minusve quadrata; — in alis posticis puncta basalia quatuor, lunula media, series flexuosa et series punctorum nigrorum marginalis duplex, fasciam continuam fulvam in-

cludens; puncta non sunt rotunda, sed angulata deformia, et fasciam fulvam terminantia transversa sunt.

Capta æstate in campis herbidis Baschkiriæ.

2. Lycæna *Rhymnus, mihi*

Tab. XIX. f 1. 2.

E minoribus sui generis. Antennæ albo nigroque annulatæ, capitulo nigro, extimo fulvo. Alæ integerrimæ supra brunneo-fuscæ, absque maculis, fimbriis concoloribus; subtus lutescenti-fuscæ, anticæ lunula media alba (puncta basalia desunt), serie flexuosa punctorum alborum, serieque marginali duplici: altera interna punctorum alborum punctorumque adjacentium nigrorum, altera extrema punctorum alborum obsoletorum, alæ posticæ punctis basalibus albis obsoletis, lunula media alba, serie flexuosa punctorum alborum, serie marginali punctorum alborum duplice, punctisque adjacentibus nigris et luteis. Puncta alba non sunt rotunda, sed magis minusve difformia.

Animalculum singulare, quod ab omnibus sui generis punctis albis lateris inferioris differt. — Captum mense Junio in montosis Obtschei-Syrt.

3. Hipparchia *Amarillis, Herbst.*

Tab. XX. f. 5. 6.

Magnitudine H. Leandri. Antennæ nigro alboque annulatæ, capitulo nigro subtus ochraceo. Alæ integræ, omnes supra ochraceæ, punctis aliquot marginalibus nigris obsoletis, subtus

omnes linea marginali plumbea, alæ anticæ subtus ochraceæ, ocellis 4 aut 5, fasciaque pallida ante ocellos; posticæ subtus griseæ versus marginem externum ochraceæ, ocellis sex, fasciaque dentata argenteo-alba (interdum obsoleta) ante ocellos. Ocellæ omnes pupilla gaudent magna argentea in annulo atro, qui iterum annulo luteo includitur.

Capta Julio in montium Uralensium promontoriis occidentalibus.

Cl. Oxenheimer *Leaudrum* et Amarillem H. conjunxit, quas tamen diversas esse species hisce facile patebit.

4. Pontia *Erothoë, mihi.*

Tab. XX. f. 1. 2.

Papilio Eupheme Esper. Tom. I. Tab. CXIII. fig. 2. 3. Pag. 105. (figuræ pessimæ).

Magnitudine P. Chloridices. Antennæ totæ albæ; corpus supra nigrum pilis albis vestitum, pectus pilis flavis hirsutum, abdomen subtus albo farinosum; pedes albi, flavo pilosi, tibiæ roseæ. Alæ albæ, fimbriis concoloribus, anticæ lunula ordinaria media pone marginem anticum nigra ut in congeneribus, maculaque transversa fulva, versus marginem anticum albo terminata in alæ apice nigro; alæ posticæ supra maculis absoletis colore pellucente lateris inferioris, subtus anticæ albæ, lunula ordinaria nigra, apice flavæ, extimo albæ; posticæ subtus flavissimæ maculis majoribus minoribusque albis.

Femina differt lunula ordinaria alarum anticarum majore, macula fulva apicis minore et fere extincta, nec non extremo apicis alarum anticarum supra infraque albo.

Capta mense Majo in monticulis Tschaptschatschi (Чапчачи) deserti australioris inter Rhymnum et Wolgam, volans in locis Sisymbrio Sophia et Lepidio perfoliato (sine dubio larvæ pabulo) tectis.

5. Pontia *Pyrothoë mihi*,

Tab. XX. f. 3. 4.

Magnitudine P. Sinapis vel minor. Corpus nigrum flavo alboque pilosum et farinosum; antennæ totæ flavescentes. Alæ anticæ albæ, albo nigroque fimbriatæ, supra macula magna fulva nigro late marginata apicis, lunulaque ordinaria media oblonga transversa nigra, supra cæca, subtus linea seu pupilla oblonga argentea; subtus alæ anticæ apice e regione coloris nigri lateris superioris virides, quo macula alba remanet in qua color fulvus lateris superioris paululum pellucet; — alæ posticæ supra albæ, albo fimbriatæ, signaturis pallidis coloris pellucentis lateris inferioris; subtus virides, maculis tribus oblongis majoribus minoribusque nonnullis marginalibus albis.

Capta mense Aprili in monticulis Inderiensibus ad Jaicum interiorem.

6. Cossus *Fuchsianus*, *mihi*.

Tab. XXI. f. 1.

Medius inter C. Terebram et C. Cæstrum. Antennæ pectinatæ, feminæ angustiores, maris latiores, brunneæ, rhachi

luteola. Corpus cylindricum acuminatum, feminæ elongatum, brunneo-luteolum, collari brunneo. Alæ omnes brunneo-luteolæ, strigis transversis undulatis brunneolis: anticæ macula magna sinuata brunnea.

Capta ad Jaicum medium, nec non circa Sergiewsk.

Nomen dedi in honorem Veterani venerandi Universitatis Kasanensis D. Dr. Professoris Fuchs, a longe inde tempore Faunæ Kasanensis perscrutatoris.

7. Euclidia *angulosa, mihi.*

Tab. XIX. f. 7.

Forma omnino E. triquetræ, at paululum major. Antennæ crenatæ, thorax et alæ anticæ ferrugineo-grisea, abdomen luteo-ferrugineum. Alæ anticæ macula magna triquetra brunnea prope basin ut in E. triquetra, sed angulus acutus marginem internum attingens magis acuminata quam in E. triquetra; — tunc sequitur versus marginem extremum macula vel fascia brunnea, marginem anticum haud attingens, alæ basin versus diluta, marginem externum versus linea flexuosa pallida terminata, omnino ut in E. triquetra, linea autem minus flexuosa, — versus fimbrias alæ iterum obscurescunt. Alæ posticæ ferrugineæ, fascia flexuosa pone marginem externum nigricante. Subtus alæ omnes ferrugineæ atomis nigricantibus.

Capta ad Jaicum medium.

8. Euclidia *flexuosa*, *mihi*.

Tab. XIX. f. 8.

Magnitudine E. triquetræ. Antennæ maris pectinatæ, feminæ crenatæ, corpus et alæ griseola. Alæ anticæ basi fuscæ, margine antico et interno pallidiores vel griseolæ, quo macula fusca triquetra formatur quæ marginem externum versus sinu profundo excavata est, — tunc sequitur in alæ medio fascia sinuata fusca, quæ alæ basin versus linea fere recta, marginem externum versus linea flexuosa terminata est et tanquam e maculis duabus formata videtur; una subquadrata marginis antici, altera triquetra versus marginem internum, illum autem haud attingente, — tunc tandem sequitur linea recta albida pone marginem externum. Maculæ supra dictæ fuscæ undique linea albida cinctæ sunt. — Alæ posticæ tanquam griseo-fuscæ, vel fusco-griseæ fasciis duabus albidis: altera sinuato dentata (dentibus duobus magnis) medio altera pone marginem externum et illo fere parallela, subflexuosa subtus alæ omnes griseo-luteæ, atomis nigricantibus fasciatæ.

Capta ad Jaicum inferiorem.


LEPIDEPTERORUM

RARIORUM ROSSIÆ

OBSERVATIONES QUINQUE

AUCTORE

G. FISCHER.



LEPIDOPTERORUM

RARIORUM ROSSIÆ

OBSERVATIONES QUINQUE

Auctore

G. FISCHER

I.

Lycæna *Pylaon.*

Tab. XIX. f. 5. 6.

L. alis integris fuscis, subtus canis, fascia marginali lata integra ferruginea utrinque.

Magnitudine Lycænæ Argi. Alæ supra fuscæ integræ nigro-marginatæ, fimbriis albis. Lunulæ albæ marginales admodum magnæ circumdant puncta nigra, quæ a maculis subquadrangulis flavis s. ferrugineis recipiuntur. Hæ versus marginem anteriorem alarum anteriorum supra paullo pallentes utrinque fasciam flavam componunt.

Alæ infra canæ, fascia flava completa, externe punctis nigris minoribus, intus lunulis nigris cincta. Punctis exceptis ocellaribus vulgaribus, lunula utriusque alæ nigra admodum magna, albo-cincta.

Corpus supra nigrum tomentosum, latere tomento albo vestitum, infra griseo-album. Antennæ nigræ albo-annulatæ.

Habitat in Rossia meridionali, circa Sareptam.

II.

Cossus *desertus.*

Tab. XXI. f 2.

C. alis anticis obtusis argenteo-niveis striis duabus punctisque quibusdam marginalibus fuscis; posticis griseis, albo-longe-fimbriatis; abdomine elongato.

Antennæ fuscæ supra albo-tomentosæ. Caput, thorax et abdomen albo-pilosa. Alæ anticæ niveo-plumosæ, venis fuscis. Maculæ subquadratæ parvæ fuscæ striam formant marginalem breviorem et mediam longiorem. Alæ posticæ rotundatæ griseo-albescentes, fimbriis longis albis. Pedes albo-pilosi, tarsis nigris.

Habitat in Deserto Tatarico.

III.

Zygæna *Centaureæ.*

Tab. XXI. f. 4.

Z. alis anticis nigro-cyaneis, maculis quinque rubris, basalibus confluentibus, externa semilunari; posticis rubris margine teneri nigro-fimbriato; abdomine nigro bicincto, cingulo tenui griseo latoque rubro; antennis nigris clava longa fusiformi.

Magnitudine Zygænæ Ephialtes et Peucedani. Antennæ elongatæ nigræ subclavatæ, clava longa fusiformi, in conum obtusum terminata. Caput et thorax nigro cyanei; abdomen dense lanatum, nigrum, annulo medio tenui griseo, et versus apicem cingulo lato rubro; alæ anteriores cœrulescentes maculis rubris quinque, basalibus subconicis, inæqualibus, medio coadunatis, mediis rotundis, externa s. apicali semilunari; infra pallidiores. Alis posticis rubris margine tenui nigro fimbriato. Pedibus nigris tomento griseo vestitis.

Habitat in Centaureis Rossiæ meridionalis.

IV.

Zygæna *dystrepta.*

Tab. XXI. f. 3.

Z. alis anticis pallide viridescentibus, macula basi intense rubra, externe subquadrifida; posticis rubris; antennis subclavatis.

Magnam habet similitudinem cum Zygæna Brizæ Hübner, (Sphing T. 18. f. 85. mas; T. 2. f. 6. fem.) qua tamen minor, alis anticis magis angustatis. Differt imprimis forma maculæ alarum anteriorum et collari duplici tenui griseo. Caput, thorax et abdomen nigro tenue pilosa. Collare duplex griseum longius pilosum caput recipit. Alæ fere diaphanæ viridescentes, margine nigro-fimbriatæ, macula magna integra basi intense rubra, externe pallidiore subquadrifida s. radiata. Facies inferior superiori prorsus similis. Alæ posteriores rubræ margine externo fimbriis nigris, interno pilis longis rubris. Pedes griseo-pilosi.

Habitat in Rossia meridionali ad Volgam inferiorem.

V.

Chimæra *fulgurita.*

Tab. XXI. f. 5.

Ch. alis griseo-albis fusco-marginatis, alboque late ciliatis; alis anterioribus linea obliqua fusca, medio geniculata.

Magnitudine fere Ch. adpendiculatæ, quæ in Rossia meridionali habitat. Antennæ griseæ fortiter barbatæ, apice fuscæ. Palpi fusci, pilosi. Alæ anticæ griseo-albæ, nitore flavescente, fusco-marginatæ, margine tenui. Stria obliqua fusca a basi anteriore versus apicem posticum decurrit, medio angulo acuto flexo. Alæ posticæ pallidiores margine lato fusco, ciliis albis. Caput et thorax nigra, thorace latere et postice tomento griseo vestito. Abdomen nigrum griseo-annulatum.

Habitat ad Lacum Inderiensem Deserti Kirgisorum.

DE

SALICIBUS LIVONICIS

DISSERTATIO

AUCTORE

ERNESTO RUDOLPHO A TRAUTVETTER.

DE

SALICIBUS LIVONICIS

DISSERTATIO

AUCTORE

ERNESTO RUDOLPHO A TRAUTVETTER.

INTRODUCTIO.

Indefessa naturæ scrutatorum industria recentioribus temporibus tantam divulgavit multitudinem specierum, antea vel minus, vel omnino non cognitarum ut jure meritoque mirari subeat, si quis plantarum indicem, a Linnæo editum, comparet cum illis, quos hujus ævi botanici elaborarunt. Permulta generum, ab ill. Linnæo constitutorum, singula in alia plura hodie dispescuntur, imo nonnulla familiarum assecuta sunt dignitatem. Generum numerus licet hac ratione mirum in modum auctus sit, nihilominus tamen, quæ nunc habemus genera bis, ter, pluriesve tanto majorem specierum numerum, quam illa Linnæana, continent.

Plurimæ plantæ, post Linnæum demum detectæ, jure quidem tanquam novæ specis innotuerunt: neque tamen defuere, quæ falso novæ species haberentur, quæque nil aliud

nisi jam cognitarum essent varietates. Qui error profectus est vel ex deficiente occasione, quæ panderet viam, qua ulterius et acrius in novas istas plantas inquiri potuisset; vel ex sententia non satis explorata, quam conceperant de eo, quid sit species; vel ex nimio quodam novas plantas detegendi ardore; vel denique ex variabilitate, ut vocant, characterum, secundum quos nihilo minus generum quorundam species distinguere multi conabantur. Qua quidem postrema agendi ratione præcipue Salicum genus vexatum est.

Linnæum, disquisitionibus microscopicis fere inimicum, omnes sequebantur. Adsueverant, characteres specificos secundum folia eruere, nec necessarium habebant, in florum potius fructuumque partibus desudare. Tali modo in Salicibus constituendis ad formas foliorum innumeras innumeræ quoque species prorsus inextricabiles exstitere. Quam specierum multiplicationem adjuvabat, Salicum propagatio vel distributio, nullo fere aut climatis aut soli genere oppressa ac coërcita. Recentiorum enim studia et scripta docuerant, excellere formarum varietate sive specierum numero ea potissimum genera, quæ sub quovis cœlo nascuntur. Idem idcirco de Salicibus quoque suspicati sunt botanici. At exspectatio eos fefellit. Omnem enim specierum, quas constituerant, molem, mire comminutam hodie reperimus.

Namque haud ita pridem Wahlenberg, Seringe aliique plures viri doctissimi, Salices in hortis colendo vel sub divo eas diligentissime observando, eo jam pervenerant, ut effarentur, folia parum valere ad Salicum generis species determinandas. Quibus quidem omnibus hoc in genere reformatoribus ill. Koch palmam præripuit, dum ad essentiales florum fructuumque partes conderet species. Itaque, cum necesse sit,

nunc alia prorsus ratione tractare Salicum genus, fortasse non supervacaneum videbitur, si hoc mihi sumsero, ut rite describam species, quas Provinciæ nostræ, ad mare Balticum sitæ, proferant. Qui enim auctores hucusque eas tractarunt, nec omnes enumerarunt species, nec emendationibus supra memoratis usi sunt. Ingentem Salicum copiam collegi et examini subjeci factis duobus per Livoniam itineribus, quæ ut Cæsareæ Universitatis Dorpatensis impensis susciperem annis MDCCCXXIX no et MCCCXXX mo, mihi contigit. Itaque saltem nec scribendi deerit materies, nec mens ad hoc opus diu parata atque exercita. Nunc ad rem adgrediamur.

SALICES LIVONICAE.

Cohors I.

Fragiles Koch.

Arbores aut frutices altiores. Amenta lateralia, pedunculata; pedunculus foliatus, gemmis destitutus. Bracteæ concolores, luteo-virides ante fructus maturitatem caducæ. Stamina 2-10. Ovaria glabra vel pilosa, brevius longiusve pedicellata.

1. *Salix pentandra Linn.*

S. ramis annotinis glabris, foliis ovato-ellipticis vel elliptico-lanceolatis acuminatis glanduloso-serratis glaberrimis subtus pallidioribus, stipulis ovatsis rectis, amentis lateralibus pedunculatis 4-10andris, bractei luteo-viridibus ante fructus

maturitatem caducis, ovariis glabris pedicellatis, stylo mediocri, stigmatibus bifidis vel emarginatis.

S. pentandra Linn. — Willd. Spec. pl. IV. p. 658. N° 11. — Spreng. Syst. veg. I. p. 100. N° 28. — Koch Sal. europ. p. 13. — Sernige Sal. helv. p. 68.

S. tetrandra Willd. En. Suppl. p. 66.

